This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

A 412802

Dr. Martin Luther's Briefwechsel.

Digitized by Google

3v -



Digitized by Google

BR
332
.L5
1884

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Dr. Martin Luther's

sämmtliche Werke

in beiden Originalsprachen

nach den ältesten Ausgaben kritisch und historisch bearbeitet.

Herausgegeben von

J. K. Irmischer, Chr. S. Th. Elsperger, H. Schmid, H. Schmidt und E. L. Enders.

Briefwechsel.

Dritter Band.

Calw & Stuttgart.
Verlag der Vereinsbuchhandlung.
1889.

Digitized by Google

Dr. Martin Luther's

Briefwechsel.

Bearbeitet und mit Erläuterungen versehen

von

Dr. th. Ernst Ludwig Enders,
Pfarrer zu Oberrad bei Frankfurt am Main.

Dritter Band.

Briefe vom Dezember 1520 bis August 1522.

Calw & Stuttgart.
Verlag der Vereinsbuchhandlung.
1889.

Digitized by Google

Alle Rechte vorbehalten.

Digitized by Google

History-Medieval
Walz
7-25-27
15387

9.30-37 D.T.

Vorwort.

Bei der Hinausgabe dieses dritten Bandes habe ich nur zu bemerken, daß, um Raum zu ersparen, die Inhaltsangaben auf die Briefe beschränkt wurden, für welche bezüglich des Textes auf frühere Bände unserer Ausgabe verwiesen wird.

Zugleich bitte ich folgende Verbesserungen vorzunehmen: Nr. 381, Note 1: Hornburg war nicht aus Rottweil, sondern aus Rothenburg a. T., Alb. ed. Förstem. p. 102: Joannes Hornburg de Rotenburga dioc. herbi: 9. April (1521); Nr. 428, Dr. 1: geschrieben hat • (st. geschrieben hat •); Nr. 428, Z. 160: verursacht; Nr. 430, Dr. 3: Dommer Nr. 234; Nr. 444, Note 10: lb. IV. c. 23. (st. c. 2. 3.).

Oberrad, am 9. November 1888.

Dr. th. E. L. Enders.

Digitized by Google

Briefregister zu Band III.

(Die erste fette Zahl zeigt die Briefnummer, die zweite Zahl in Klammern die Seite an.)

I. Briefe Luthers an:

Agricola, Joh., **434** (151).
Altenburg, Rath v., **512** (341); **522** (356); **534** (374).
Amsdorf, Nic. v., **433** (150); **444** (195); **456** (232); **477** (269).
Böhmische Landstände, **558** (432).
Borner, Casp., **535** (375).
Brismann, Joh., **515** (344).
Bugenhagen, Joh., **385** (37).
Capito, Wolfg., **479** (278).
Cranach, Luc., **426** (128).
Cuspinianus, Joh., **421** (122).
Dolzk, Hans v., **458** (236).
Einsiedel, Haugold v., **395** (79); **458** (236).
Erfurt, Gemeinde zu, **557** (430).
Feilitzsch, Fab. v., **369** (1).
Gerbel, Nic., **461** (239); **496** (313).
Güttel, Casp., **506** (326).
Hausmann, Nic., **415** (115); **495** (311); **501** (320); **529** (368); **551** (411); **565** (439); **566** (440).
Heß, Joh., **500** (318).
Hirschfeld, Bernh. v., **458** (236).
Jonas, Just., **440** (168).
Karl V., Kaiser, **427** (129).
Kraft, Adam, **562** (436).
Kronberg, Hartm. v., **494** (308).
Lang, Joh., **404** (99); **417** (118); **472** (256); **504** (323); **508** (330); **537** (379); **545** (396); **548** (403); **556** (429); **560** (434).
Link, Wenc., **389** (72); **396** (79); **407** (104); **419** (119); **473** (257); **498** (315); **509** (332); **554** (428).
Luther, Hans, **467** (249).
Mainz, Erzb. Albrecht v., **469** (251).
Mansfeld, Graf Albrecht v., **430** (144); **466** (248).
Melanchthon, Phil., **431** (146); **432** (148); **436** (158); **438** (161); **443** (188); **449** (205); **450** (210); **454** (222); **454a** (228); **464** (244); **478** (272); **564** (438).
Oldenburg, Heinr., **532** (372).
Pellican, Conr., **401** (92).
Rechenberg, Hans v., **569** (444).
Reich, Kurfürsten, Fürsten und Stände des, **428** (135).

Digitized by Google

Riedteſel, Joh. v., 563 (438).
Sachſen, Kurf. Friedrich v., 393 (77); 402 (94); 483 (291); 485 (296); 486 (297); 487 (298); 491 (304); 503 (322); 521 (356).
Sachſen, Herzog Johann Friedrich v., 410 (109); 418 (119); 497 (314).
Schlick, Sebaſt. v., 559 (433).
Sickingen, Frz. v., 439 (168).
Spalatin, Georg, 372 (12); 375 (18); 376 (20); 378 (23); 390 (73); 391 (75); 392 (76); 394 (78); 397 (81); 399 (86); 400 (89); 403 (98); 408 (106); 414 (113); 420 (120); 429 (143); 435 (152); 441 (170); 445 (199); 446 (201); 447 (202); 448 (203); 451 (215); 453 (217); 455 (229); 457 (234); 459 (236); 462 (243); 465 (246); 468 (250); 470 (252); 471 (254); 480 (286); 481 (287); 488 (299); 492 (305); 499 (317); 502 (321); 505 (324); 507 (327); 514 (343); 516 (345); 519 (350); 524 (358); 525 (359); 527 (365); 528 (365); 530 (369); 536 (377); 538 (381); 540 (390); 542 (394); 543 (394); 553 (426); 561 (435); 567 (440); 570 (445).
Speratus, Paul, 526 (363); 546 (397).
Staupitz, Joh. v., 388 (70); 398 (83); 549 (405).
Stolberg, Graf Ludwig v., 517 (347).
Stolz, Volkmar, 541 (393).
Sturm, Claus, 547 (402).
Ungenannte, 416 (116); 571 (447); 572 (448).
Wittenberg, Auguſtiner zu, 463 (243); 468a (251).
Wittenberg, Chriſten zu, 452 (217).
Wittenberger, die, 482 (290).
Zwilling, Gabr., 513 (342); 523 (357); 533 (373); 555 (428).

II. Briefe an Luther von:

A., J., 386 (38).
Altenburg, Rath von, 510 (333); 520 (353); 531 (370).
Alveld, Aug., 382 (32).
Capito, Wolfg., 370 (3); 413 (112); 460 (238); 474 (259).
Cordus, Euricius, 383 (35); 384 (36).
Crotus, Rubianus, 371 (8).
Egranus, Joh., 544 (395).
Eckart, Joh., 476 (267).
Faber, Joh., 539 (383).
Franciſci, Petrus, 380 (29).
Gerbel, Nic., 437 (159).
Heſſen, Landgr. Phil. von, 425 (127).
Heſſus, Simon, 387 (66).
Hoen, Kornel. Hendr., 552 (412).
Hornburg, Joh., 381 (31).
Hutten, Ulr. v., 373 (13); 422 (123); 424 (126).
Karl V., Kaiſer, 405 (101); 406 (102).
Kronberg, Hartm. v., 511 (335); 568 (442).
Mainz, Erzb. Albrecht von, 475 (265).
Münſterberg, Herz. Karl v., 550 (408).
Murner, Thom., 379 (26).
Sachſen, Herz. Georg von, 409 (108).
Sachſen, Kurf. Friedr. v., 411 (110); 412 (110).
Sachſen, Herzog Johann Friedrich v., 377 (22).

Digitized by Google

III. Fremde Briefe von:

Altenburg, Rath von, an Kurf. Friedr. v. Sachsen, 520A (354); 531 Beil. (371).
Cochläus, Joh., an Georg N., 442 (173).
Sachsen, Kurf. Friedr. v., an Joh. Oswald, 484 (292).
Sachsen, Kurf. Friedr. v., an Hier. Schurf, 490 (302).
— an Jhan v. Wernstorff, 520B (354).
Schurf, Hieron., an Kurfürst Friedr. v. Sachsen, 489 (299); 493 (306).

IV. Sonstige Aktenstücke:

Aufruf Luthers an die Wittenb. Studenten, 374 (18).
Niederschrift Luthers über sein Verhör in Worms, 423 (125).
Luther für den Rath zu Altenburg 518 (347).

Digitized by Google

1520.

Wittenberg. Nr. 369. 1. December 1520.

Luther an Fabian von Feilitzsch.[1]

Widmung der Schrift: Assertio omnium articulorum etc. Diese Widmung schrieb Luther vor der Schrift selbst, da er in dieser (vgl. opp. v. arg V, 216) die am 10. December vollzogene Verbrennung der päpstlichen Decretale erwähnt, und erst am 16. Januar 1521 dem Spalatin die vollständig gedruckte Schrift überschickt (vgl. den Brief von diesem Datum). Der erste Druck hat jedoch noch das Jahr 1520. — Die deutsche Uebersetzung: Grund vnd vrsach aller artickel ꝛc. (vgl. Erl. 24², 55) hat diese Widmung nicht.

Erste Drucke: 1. ASSER|TIO OMNIVM ARTICVLORVM | M. Lutheri, per Bullam Leonis, X. | nouissimā damnatorū. || [Blättchen] VVITTEMBERGAE. [Blättchen.] || ANNO M.D.X.X. — Am Schluß: Τέλος. — 8½ Bog., letzte Seite leer, in 4. m. Titeleinf. — s. l. (Wittenberg bei Melch. Lotter); 2. MARTINI LV|THERI OMNIVM ARTICVLORVM | per nouissimam Leonis decimi Bullam impie | & frigide damnatorum, assertio. || [Blättchen] || NON audis eandem semper cantilenam Lector, propi-|us admoue aures, miraberis inexhaustæ & iniuctæ uerita|tis semper noua arma, rursus impiorum mendacia semper|nuda & frigidissima esse uidebis. — Am Schluß: ANNO M.D.XXI. MEN-|SE MARTIO. — 10 Bog., letzte Seite leer, in 4; s. l. (Wittenberg.) — Die ersten Nachdrucke, z. B. in Basel, übergehen wir hier. — Drucke: 3. opp. Viteb. II, 94; 4. opp. Jen. II, 307; 5. opp. v. arg. V, 156; 6. Strobel-Ranner, p. 62; 7. de Wette I, 529. — Wir geben den Text nach 1, womit 5 übereinstimmt.

Viro imaginibus et pietate insigni, Fabiano Foelici, Equiti Germano, suo in Domino patrono, Martinus Luther in Christo salutem.

Quod saepius sum antea testatus, Fabiane Foelix,[2] imo foelicissime, esse et in laicis spiritum judicii et ardoris (ut cum Isaja[a 3] dicam), vel tu maxime

Digitized by Google

evincis et declaras, qui de re christiana quam valeas pure, argute, pie, foeliciterque et judicare et disserere, cum essemus Philippus meus et ego coram Eylenburgae,[4] quam egregium specimen ostendisti. Neque dubito in hac aula esse aemulos tibi quam plurimos, ita ut gaudeam plane, videns admirabile Dei consilium et judicium, quo cum perversis pervertitur et cum electis electus fit.[5] Nose nim, qui de clero Domini sumus, et quos laicorum oportuit esse magistros, dum aversi dorsum dedimus Christo et evangelio ejus, eadem mensura et ipse nobis dorsum vertit, ut sicut eum nos provocamus in eo, quod non est Deus, et in verbo, quod non est evangelium, ita rursus ipse nos provocat[b] in iis, qui non sunt clerici, et in iis, qui non sunt magistri, laicis videlicet puram tribuens sui notitiam, nobis relinquens stultas nostras et impias opiniones. Justus es, Domine, et rectum judicium tuum.[6]

Cum ergo hactenus multa et scripserim et dixerim, nescius tantam esse in pastoribus Israel caecitatem,[7] nihil merui tamen, nisi ut detraherent mihi pro eo, ut me diligerent, et pro bono redderent malum,[8] donec eo usque in suam ipsorum salutem insanirent, ut libellos meos publice damnarent et exurerent Coloniae et Lovanii.[9] Nam ii prae caeteris habent zelum Dei, sed non secundum scientiam.[10] In qua re tantum abest, ut movear, ut me vehementer misereat caecitatis et perditionis illorum, imo et puerilis stultitiae. Quid enim facilius est, quam libros, quos redarguere non possis, exurere? Exussit impius rex Joakim libros Hieremiae prophetae,[11] sed non in hoc justificabatur. Verum, ut dixi, pertinet et hoc ad perversitatem nostram et sensum reprobum, in quem nos tradit[c] Deus,[12] ut clerici veritatem damnemus, quam laici amplectuntur, et fiant sacerdotes, qui sacerdotes non sunt[d], laici, qui laici non sunt.

Quare visum est deinceps ad vos laicos, novum genus clericorum, scribere, et sub nominis tui foeli-

Digitized by Google

citate (quod Deus faxit) foeliciter ordiri, asserturus ac muniturus omnia illa, quae incendiarii illi per Bullam sibi simillimam damnaverunt. Tu itaque hoc monumento me, imo christianam doctrinam tibi et universae nobilitati vestrae commendatam facito, ac vale. Wittembergae, MDXX, prima Decembris.

[a] Esaja 2. — [b] sollte heißen provocet. — [c] tradidit ?. — [d] sint 1. 3.

[1] Fabian v. Feilitzsch, kurf. Rath (vgl. Nr. 364, Note 15), 1519 neben Haugold v. Einsiedel und Günther v. Bünau beauftragt zur Entgegennahme der goldenen Rose; mit dem Kurfürsten in Frankfurt bei der Wahl Karls V.; er starb noch vor Vollendung der ihm zugeeigneten Schrift. Von Luther später noch öfter gerühmt, so in der Ausl. des 101. Ps. (Erl. 39, 281. 284. 287), in den Tischreden Nr. 2402. 2840 (jedoch nicht Nr. 2609, wie Seidem. bei de W. VI, 662 s. v. angibt), Cordatus Tagebuch ed. Wrampelmeyer Nr. 398. 781. — Vgl. Spangenberg, Adelsspiegel P. II, lb. 6; Müller, Annal. Sax. p. 72; König, geneal. Adelshist. I, 347. — [2] Wortspiel mit Feilitzsch. — [3] 4, 4. — [4] im November, vgl. Nr. 364. — [5] Ps. 18, 26 f. — [6] Offb. Joh. 16, 7; 19, 2. — [7] Jes. 56, 10. — [8] Ps. 109, 4 f. — [9] vgl. Nr. 367, Note 6. — [10] Röm. 10, 2. — [11] 5 Mos. 32, 21. — [12] Röm. 1, 24.

Mainz. **Nr. 370.** 4. December 1520.

Wolfgang Capito an Luther.

Drucke: 1. Bibliotheca Bremensis, Class. IV. Fasc. V. p. 924, wornach wir den Text geben. Z. 56—70 (Cupio ... manum) auch bei Sculteti annal. (in von der Hardt, hist. literar. reformat. P. V. p. 25).

S. Comminatus es, ut audio per amicos, saepenumero, at malum incrudescit indies, tota vis mali rupto ulcere aliorsum erumpet. Res agitur aliena quadam violentia, sed humana partim est, nihil mirum, si quid humani spiritus habet, cujus comes erit, qualis humana comitatur.

Eccius triumphantem epistolam Coloniam scripsit,[1] qua jactat, quantum Lypsiae successerit Christi negotium, sic enim vocat suas sycophantias. Infestius nihil vidi, quam illic sophistae sunt barbari, stulti, ἄθεοι, ἄμουσοι, sine literis, sine gratiis, sine fide, imo prorsus

Digitized by Google

expertes humani ingenii. Classicum dedisti tuba toties, et Huttenus[a] *nobiscum cecinit bellicum, mox armis periclitaturus. Tibi opinor isthic tuta praesidia, nec nostrum ver perfugia destituent. Adversarii fortissimis munimentis et castris et vallo septi, pecuniis, armis, satellitio amplissimo freti. Stat a parte tua populi quaedam consensio; non minima vero facit cum Romanistis. Hui, clamant, quae haec rerum deformitas, a priscis decreta in dubium vocare impune privatum homuncionem! Vicissim saniores: Quanta impietas dogmata Christi exstinguere humanis decretis! Quorsum haec? Nimirum huc, quod omnia dissideant gravissimo tumultu, qui, quorsum vergat, incertum. Sunt, qui verentur, ne ista turba omnis imago pietatis obliteretur. Nam tua forte sinistre, ut fit, accipiunt.*

Lusit quidam Coloniae dialogum quendam in Hochstratum,[2] *perstrinxit Eccium et Aleandrum, incendiarium librorum, et me quoque nonnihil adspersit, forte non ad modum volentem, certe dissimulantem. Eccius Coloniam rescripsit furias. Aleander tacite decoquit indignitatem, pronuncians jocos non satis salsos, idcirco notatus est acri epistola, carmine non omnino pessimo, deinde altero quodam doctiore et multum fellis habente.*[3] *Me infense observat*[4] *hominem, ut scis, pacis et tranquillitatis observantissimum. Exussit enim Coloniae libros tuos magno successu, sed me absente infelicissime tentatur, multo infelicius consummatur. Exsibilatur a populo ceu Judaeus, qui praetextu religionis sit Mosis gloriam illustraturus,*[5] *quasi parum christianus sit, qui ex Judaeis est christianus hac tempestate. At populus diversificatur. Ignominia combustionis multos absterret, rursum multos exacuit in odium Romanensium. Thomas Murnar duos libellos vernacula lingua edidit*[6] *inde, sed locis haeret omnibus, valde tamen populariter, hoc est, ex stomacho Romanensium suorum; nigrae famae est, sed exercitae linguae, et qui multum currere soleat extra viam, quod vulgus insipidum et obscurum non animadvertit. Video futurum, quod semper timui,*

Digitized by Google

ingenium tyrannicum caput fore negotii, et omnia illos acturos vafre per cuniculos[7] praeterituros, supra hominem ex Adamo genitum, citra leges consistere. Olfacias, quae reticeo, revoca mentem ad priora tempora et perpende, quot[b] cruenta bella excitarit cruenta tyrannis. Cupio reflorescere Christum; armis an patientia reflorescat, compertum habes. Nata est religio, aucta est, firmata est ab innocentibus, ab imbellibus, tolerantia gladios furiosis e manibus excusserunt inermes. Quae vero gens ab hoplomachis cruentis candidam religionem susceperit, non observavi; quamquam haud ignorem veterem legem, cui nos videmur persimillimi, assertam esse manu saepius, et a nostris tentatum interdum, non dico quam feliciter, neque quam pie, quia interim decrevit res nostra. Idcirco vehementer deterres deditos tibi significantia praesidiorum et armorum, etiamsi intelligam forte rationem consilii tui, quae apud me prope alia est. Nam quod alte haeret, non semel evellitur; sensim est et subinde labefactandum, ut tandem sequatur trahentis manum. Nunc vero rebus semel commotis, quae facies rerum, qui motus, quot incertos aestus, nemo non videt, nisi qui non viderit naturam perturbatae multitudinis. Quare nullam video superesse spem salutis, nisi quieto animo, liberi morbis terris, utrinque coieritis et alteri alteris quippiam concesserint. Si malum fuit commovendum, nunc iterum sedandum esse arbitror. Novare omnia in novam faciem agnus ille potest[8]; nos vero turbare omnia facile possumus, non autem in nobis situm videtur placare turbata, quod humiliter, ut dixi, divino afflatu conandum, id efficiet, si visum, forte Christus; id ipsum videt, quod nos vix cogitatione apprehenderimus. Ingenue fateor tibi, frater charissime, quod semper magis ac magis de negotio addubito; neque id injuria. Perspicuum enim est ex usu rerum, quam facili momento vulgus vertatur, modo velit optime, mox pessime. Non dico negotium Christi intermittendum, sed condonandum crassiori plebi multa. Sunt quae quaedam necessaria christiano, sunt quae no

Digitized by Google

ignorata ex prioribus suapte sponte intelligerentur. Quarum rerum notitiam recentem tenes, utpote instructissimus sacris et pro castris quotidie propugnans cum hostibus. Repone animum in cogitationem nostrae imbecillitatis, lacte pastos inidoneos non cibo solidiore[9]*; ne exstinguas nimia sedulitate plebejam devotionem, ne praedica per contentionem, sed per charitatem verbum Christi*[10]*. Omnia haec, quam stulta sint scripta, cognosces a Capitone*[c]*, cupiente videlicet optima Luthero et optante pacem, conanteque rem ad concordiam pro viribus perducere; neque dubito, quin idem tibi sit animus, quem permittere hactenus noluerunt adversarii, quorum finis interitus*[11]*, siquidem ex contentione natis, siquidem conflatis ex fucis, sycophantiis, imposturis. Orandum est, ut sit pax in diebus nostris per Jesum Christum, in cujus nomine perpetuo valeas, christianissimum pectus et cor meum. Mogunt[iae]. prid. Non. Dec. Anni XX.*

T. Capito.

[a] Hutterus 1 — [b] ? 1: quod. — [c] In Apographo scriptum erat „Coena", sed puto scribendum esse „Capitone" 1.

[1] Es ist der bereits Nr. 197, Note 7 erwähnte Brief Eck's an Hochstraten vom 24. Juli 1519 gemeint, welcher mit dem Datum ex Lipsia 24. Julii 1520 u. d. T.: Epistola Notabilissimi Viri et Magistri magistri Ioannis Eckij missa ex Lipsia ad famosum & Reverendum Patrem fratrem Iacobum Hoogstraten. Magistrum in Theologia nostrum etc., quam ille tanquam preciosum thesaurum cordialissimis amicis cum magna gloria ostendit, quam etiam multi Iacobitae excopiaverunt. s. l. et a. 2 Bl. in 4., erschien, und den Capito für im J. 1520 geschrieben hält; s. über denselben Wiedemann, Eck, S. 501.

[2] Hochstratus ovans. Dialogus festivissimus, etc., in 3 Ausgaben erschienen, welche Böcking, opp. Hutt. suppl. I, 462 anführt, woselbst auch der Dialog wiederabgedruckt ist. Die Verfasserschaft Huttens stellt Böcking entschieden in Abrede; während er aber opp. Hutt. I, 440 geneigt ist, Hermann Busch als den anzunehmen, welcher unter Beihülfe Huttens ihn verfaßt, stellt er dieses dagegen suppl. p. 462 wieder als sehr zweifelhaft hin. Für die Zeit der Abfassung, welche Böcking auch ungewiß läßt, 1520 oder 1521, gibt unser Brief einen Anhaltspunkt. — Die Stelle des Dialogs, welche sich auf Eck und Aleander bezieht, lautet aus dem Munde Hochstratens (Böck. p. 482): Conciliavit Aleandro Eccium morum similitudo, quae vinculum est fir-

Digitized by Google

missimum ad conglutinandos animos, etiamsi haec est pugnacissima similitudo et quae alioqui solet dirimere amicos, et diremisset quidem, nisi post primam velitationem Ecciana modestia, nemini hactenus cedere solita, illi sese praesertim coram submisisset; quod lubens fecit vir magnanimus: nam plus styli in eo vidit; an vero plus animi, incertum, quoniam uterque verbosior est, aeque magnopere sollicitus de judicio, sed de multiloquio. Prae gaudio cor salit atque tremit, dum cogito tantum virum in nostra castra defecisse ab adversariis, qui quondam Lutetiae, ubi profitebatur graecas literas, et deinde apud Leodiensem episcopum (vgl. Nr. 364, Note 4), quamdiu ille erat iniquior Pontifici Romano, ut nuper fuit iniquissimus (vgl. Nr. 191, Note 2, jedoch nach Aleander in seinen Depeschen an Jul. v. Medici war ein Canonicus von Aachen, der mit dem Bischof in Streit gelegen, der Verfasser jener auf dem Augsburger Reichstage übergebenen antipäpstlichen Schrift, bei Kapp, kl. Nachlese II, 1; vgl. Brieger, Quellen u. Forsch. z. Gesch. der Ref. I, 1, 1884, S. 197; Balan, monumenta reform. Lutheran. 1884, p. 227), semper declamabat non solum adversus Romanos, sed etiam. o nefarium facinus, in nos monachos declamabat.... — Von Capito läßt der Dialog Hochstraten sagen (p. 480): Verum de Capitone scias, quod nebulo cautissimus sic rem attemperat, quod eum et humanitatis periti juxtaque sophistices antesignani patienter ferant, summus tamen Pontifex, quo minus forte cum caeteris latret, ei offam objecit, imo autoramento in suas partes conduxit, nam Praeposituram donavit sancti Thomae Argentinensis ecclesiae; magis itaque mutus erit quam piscis, subducet se ex eruditorum causa et fortissimum hostem illis aget, siquidem ibi fas, ubi maxima merces.

[3] Aleander an den Vicekanzler Jul. v. Medici, Mitte December (bei Brieger I, 1, S. 28; Balan, p. 31): Gli Reuchliniani, Luterani aut Erasmistae hanno composto dialogi contra di me et sono impressi, hanno affixo versi appresso il palazzo di Cesare a Colonia, dove dicono che io son transfuga delle buone lettere, assentator di cortesani, defensor di paediconi [Knabenschänder; Brieger: Predicatori, der Dominikaner, auch Kalkoff, Depeschen des Aleander, in: Schriften des V. f. Rfgsch. 17. S. 23: Advokaten der Dominikaner; wohl kaum richtig!], boia, abbrusciator di buoni et santi libri, cioè di Luther et Hutten, et mille poltronie, de quali me rido all' honor de Dio.

[4] Vgl. die Charakteristik Capito's in Aleanders Brief an den Vicekanzler v. 6. Febr. 1521 (Brieger S. 45; Balan p. 49; Kalkoff S. 41).

[5] Wohl Anspielung auf die Stelle in der der einen Ausgabe des Hochstr. ovans angehängten Epistel des pseudonymen Velamus Alanus: [Aleander] Judaeus natus est... An autem baptisatus sit, nescitur... At illi, ne nescias, cessit foelicis-

Digitized by Google

sime simulata defectio ad christianos. Nactus enim hic est ansam adaptatam illustrandi Mosi sui et obscurandi Christi gloriam, quae hoc seculo coepit reflorescere... Haec affixa fuerunt Coloniae, Dominica post omnium sanctorum MDXX. — Gegen die Beſchuldigung, daß er ein geborner Jude ſei (vgl. Nr. 364, Note 4), vertheidigt ſich Aleander an Eck, 16. Febr. 1521, bei Balan p. 58.

[6] Das eine das Nr. 363 angeführte, das andere: Von Doctor Martinus Luters leren vnd predigen. Das ſie argwenig ſeint, vnd nit gentzlich glaubwirdig zu halten. — Datiert: 1520 vff ſant Katharinen abent. (Panzer, Annal. I, Nr. 987.)

[7] vgl. Erasm. Adag. s. v. Cuniculis oppugnare.

[8] vgl. Offb. Joh. 21, 5. — [9] vgl. 1 Cor. 3, 2; Hebr. 5, 12 f.

[10] vgl. Phil. 1, 16 f. — [11] vgl. Phil. 3, 19.

Erfurt. Nr. 371. 5. December 1520.

Crotus Rubianus an Luther.

Drucke: 1. Unſch. Nachr. 1723, S. 704. („Dieſe Epiſtel iſt erſt zu Wittemberg A. 1521 in aedibus Carlstadii herauskommen, welchen Abdruck J. C. O. [Olearius] in Arnſtadt beſitzt" ꝛc.; nach Kampſchulte, Erfurt, II, 88, wahrſcheinlich durch Luther zum Druck befördert); 2. Böcking, opp. Hutten. I, 433. Da wir den Druck vom J. 1521 uns nicht verſchaffen konnten, ſo geben wir, wie Böck., den Text nach 1.

Salutem plurimam dicit. Non conceditur tempus multa scribendi, neque tibi otium legendi epistolas longas, praesertim otiosas. Satis mihi sit, familiariter salutare Martinum nostrum, quem corruptis his temporibus evangelistam dedit coelestis clementia, quamquam sanctuli patres atque theologi casti ita persequuntur odio, ut excidionem doctrinae dominicae volenter admitterent, modo te auferre poterint. Si illa merces Christi militibus persolvitur in his terrenis fluctibus, merito veneramur sanctos, ob veritatem defensam ludibria ac verba expertos, sectos, serratos, occidione gladii mortuos. [1] *Constans fama est, quam minime terreare tyrannorum minis, quam sis intrepidus mortis contemptor, quam optes ultro pro Christo subire mille pericula: animum quidem probamus, et spiritum*

Digitized by Google

Domini agnoscimus, sed veremur, ne ista tua sancta alacritate periculum mundo pariatur. Non enim Martino sublato mox alius simili scripturae felicitate prodibit; festina lente[2]*, ubi radices sanctae doctrinae jacti*[a] *fuerint altius, uti nunc est secundus successus, tum dices: Cupio dissolvi et esse cum Christo.*[3] *Interim dicentem te: Si Deus pro nobis, quis contra nos?*[4] *non aliter quidem audire volumus, quam quod ipse quoque de vita tua curam suscipias. Quam multi pereunt in bello nimia animi alacritate, ubi alios servat propria custodia! Sic etenim nos tuetur divinus favor, ut sua providentia nostram curam velit excitari; alacres quidem vult, at non improvidos; fortes, non audaces: qui sui ipsius curam negligit, is mihi Deum videtur tentare. Importunus, credo, videor tibi esse monitor, verum libenter admitto hanc culpam, in qua multos socios habeo, quoniam multum periculi tibi instare passim existimant*[b] *ex obvia illa tui animi promptitudine, quam multi incuriam interpretantur. Audivi ego his auribus robustum centaurum, canonicus erat, publice profitentem, non difficile negotium sibi fore, modo velit, Lutherum furari et furatum in manus maximi Pontificis tradere. Circumspice, Argus sis. Nescis, quam multos dites, aurum plures accipiunt, non paucis Episcoporum Cardinaliumque cum ingentibus praemiis proposita sunt vocabula. Turba innumerabilis est invidia exagitata. Si Colonienses mei*[5] *in libris tuis evangelium Christi, immo verius Christum cum evangelio publicis comitiis exurere non sunt veriti, tentare quid non audebunt in perniciem tuam? Exposita est magna pecunia pro libris exustis: quid ultro? non in auctorem? in hunc locum grave est odium coelestium siderum, quorum influxu insaniunt perpetuam insaniam subjecti homines. Renovatur mihi memoria vetus de tragoedia rerendi Kapnionis, cujus annuo spatio spectator fui.*[6] *Et lingua et calamus deficiet, si velim recensere theologorum insaniam, quorum affectus inveni muliercularum perturbationibus agitatiores. O si cum suo*

Digitized by Google

artificio prodirent obscuri viri, quo pro merito suo illustrarentur denuo tenebricosi patres, qui aliter nec volunt nec possunt illustrari, quam sua luce, hoc est, quam capiunt a suo coelo. Sed prodibunt, spero. Non tantum peccarunt Lovanienses, quoniam quicquid illorum insaniae est in hoc judicio, id a Coloniensibus ac ab Hochstrato initium coepit: ille non quiescet, donec misera anima in perdito corpore luctabitur. Lovaniensium error in multis veniam videtur habere. Colonienses de industria peccant, quorum sceleratus dux nuper periisset gladio Hutteni non procul a Lovanio, ni indignam sibi putasset Hochstraticam mortem generosi animi juvenis; dimisit trepidum sanguineque carentem.[7] *Sed minis maximis in te*[c] *et Kapnionem cesset perturbare; sed nescit finem furor. Multas postea technas struxit sceleratus, quas longum foret narrare: tempus indicabit, ubi vindicta sumpta fuerit a seditioso patre. Sedit mecum Vuldae 5 dies, paucos post dies, ubi cum Hochstrato fuerat congressus. Vellem, scires artes sanctissimorum patrum, tum in Italia, tum in Germania, quoniam et in hanc Roma migravit. Scribere non licet, tantum est; insidiae magnae sunt ubique. Lusimus*[8] *quaedam de brachio domini contra brachium saeculare, quod invocant, qui nil impium non invocant. Sed quo labor, qui brevis esse volui? In contrarium vitium rapior; da veniam, Martine, pontifex sanctissime, amor in te meus fecit me loquacem, et partem temporis abstulit.*

Quod volui cum doctissimo Philippo communicare, ille me provocavit valde docta epistola[9] *ad rescribendum, quamquam tarde reddita. Nam dum me quaerit una cum tua in Italia, post semestre spatium me invenit errantem in Germania. Fuit enim mihi is annus inconstantissimus, tum in Italia, tum in Germania; ubi imprimis volui quiescere, imprimis erat peregrinandum, quod his diebus accidit, quandoquidem cum nuper essem in itinere ad Rubianos meos,*[10] *substiti hic Erfurdiae apud veteres amicos.*

Digitized by Google

Biduum non abiit, ibi nil tale opinanti praefecturam scholastici ordinis demandarunt.[11] *Recusavi, sed recusans ob ignominiam coactus sum subire: igitur contra officium providi patrisfamilias propriis neglectis aliena curo, in republica studiosorum, quam Eccius tuus conatur perturbare. Sed Philippum salutabis reverenter nostro nomine veniamque nobis ab illo impetrabis, si breviter aut nulla scribemus. Uxorem duxit, fortunet Deus sanctissimam societatem, ut videat beatus pater filiorum suorum in circuitu mensae suae.*[12] *Cum Mutiano jam annos aliquot contendo, contemptore conjugii et praecone vitae sacrificulorum; ego contra, conjugium praefero: itaque qui meum consilium sequuntur, uxores sibi collocant. Raptissime Erfurdiae in pervigiliis Nicolai, M.D.XX.*

[a] sic! — [b] so nach der Korrektur von Strauß bei Böcking in Addend. Vol. II, p. 489; existimarit l. 2. — [c] 2 möchte lieber lesen: carentem, sed minis maximis, ni te.

[1] Hebr. 11, 36 f. — [2] Erasm. Adag. s. v. — [3] Phil. 1, 23. — [4] Röm. 8, 31. — [5] Colonienses mei, die er in den Epp. obsc. vir. angegriffen.

[6] Geiger, Reuchl. S. 452, Note 1 deutet diese Stelle auf den Triumph der Cölner im Sommer 1520 (vgl. darüber Nr. 373, Note 17), und behauptet, unser Brief sei deshalb in das folgende Jahr zu setzen. Unbegreiflich! abgesehen davon, daß Decb. 1521 Luther sich auf der Wartburg verborgen aufhielt, weist unser Brief selbst sich deutlich als im J. 1520 geschrieben aus; vgl. unten Note 8 u. 11.

[7] Darüber heißt es im Hochstr. ovans (Böcking l. l. S. 484): Et pridem egresso Lovanium factus obviam, equo insidens, comitatus duobus ministris, sic me terruit [Huttenus], ut parum abesset, quin conciderem metu. ‚Erostrate', inquit ore et vultu truci et voce aspera, ‚nunc poenam lues, nunc periisti, flagitium!' admota interim manu gladio, quo accinctus erat, ceu jamjam percussurus; me vero exanimato et nescio quid parante deprecari et forte fugam meditante, neque enim spem vidi salutis, subdit iterum: ‚Persiste, furcifer, non reddam ego, quod commeritus es: meus enim ensis non debet imbui tam vili sanguine; sed scias multorum gladios jamjam intentos in jugulum tuum. Periisti, certum est.' Et his dicti discessit, me multa excusante et orante. Ähnlich erzählt [illegible] Braunfels den Vorgang in seiner Responsio ad Eras[illegible] Spongiam (Böcking, opp. H[illegible] nach Hochstr.,

Digitized by Google

Füßen fallend, ausrief: Ignosce, ignosce, optime et strenuissime vir Huttene! — [8] näml. Crotus u. Hutten; vgl. Nr. 373.

[9] Der Brief fehlt; über Crotus' Schweigen auf diesen Brief vgl. CR. I, 160. 209. — [10] d. i. in seine Heimath Dornheim, vgl. Nr. 234, Note 1. — [11] Crot. wurde am 18. Oktober 1520 zum Rector der Universität erwählt, vgl. Weißenborn, Akten der Erf. Univ. II (1884) S. 317. — [12] Ps. 128, 3.

Wittenberg. Nr. 372. 7. December 1520.

Luther an Spalatin.

Original: 1. anhalt. Ges.-Arch.; — handschriftlich: 2. Cod. Jen. a. f. 240; — Drucke: 3. Buddeus, p. 13; 4. de Wette I, 531. — Deutsch: Walch XXI, 731. Wir geben den Text nach 1.

Viro pio et erudito, D. Georgio Spalatino, a sacris principalibus Saxoniæ, suo in τῷ Χριστῷ patrono.

Jhesus.

S[alutem]. Mitto literas et scribo pastori Lochensi[1], mi Spalatine, sed et tu fac, ut animum tuum paulo cohibeas, quod mihi toties mandas. Non statim ille in isto angulo tantum incendium suscitare poterit, cum nihil in orbem spargat. Accepi effigiunculam osseam. Fabiano Foelici nuncupatus liber jam excusus erat ea parte; ut mutari non esset integrum; sed quid refert nuncupari ei, qui magis nunc vivit, quam antea?[2] Francisco Siccingero non omnibus videtur vernaculus nuncupandus[3], ob cavendam, ut multorum, tum maxime Franciae nobilitatis invidiam. Disputo mecum, an Comitibus meis Mansfeldensibus aliquando aliquid nuncupem[4], cum id jamdudum optarint, et offendit me multitudo eorum. Videbitur, quid consultius fuerit. Vale et ora pro me. Vittembergae, 1520, vigilia Conceptionis.

Martinus Luther, Augustinensis.

[1] Franz Günther. — [2] Dieß geht nicht, wie de Wette meint, darauf, daß Spal. die Widmung an Feilitzsch habe hintertreiben

Digitized by Google

wollen, ſondern bezieht ſich auf den gleich nach dem 1. Dec. erfolgten Tod desſelben; da die Widmung ſchon gedruckt war, mußte ſie ſo bleiben. — [3] Die deutſche Ueberſetzung widmete L. Niemanden inſonderheit, ſondern „Allen frummen Chriſten“ ꝛc.; vgl. Erl.[2] 24, 56. — [4] Am Tage St. Eliſabeth 1521 widmete L. dem Grafen Albrecht von Mansfeld den Wintertheil der Kirchenpoſtille; Erl.[2] 7, 1.

Ebernburg.[1] Nr. 373. 9. December 1520.

Ulrich von Hutten an Luther.

Drucke: 1. Jo. Frid. Hekel, manipulus primus epistolarum singularium etc. Plaviae Variscorum. 1595. (andere Exemplare haben: Dresdae 1598.) p. 105; 2. Burckhardt, de Ulrichi de Hutten fatis etc. Wolfenbuteli 1717. II, 127; 3. Hutt. opp. ed. Wagenseil. Lips. 1783, p. 284; 4. Hutt. opp. ed. Münch. Berolini 1823. III, 617; 5. Hutt. opp. ed. Böcking. Lips. 1859. I, 435. — Wir geben den Text nach 1.

Verbi divini praeconi invictissimo Martino Luthero, fratri et amico dilectissimo, Ulrichus Huttenus salutem.

Misertus profecto fueris, si videas conflictationes hic meas: ita est lubrica hominum fides. Dum nova auxilia contraho, desciscunt vetera. Multa quisque metuit, multa causatur. Imprimis terret homines superstitio, qua inditum animis est adversari Romano pontifici, etiamsi iniquissimus et sceleratissimus si sit, facinus esse inexpiabile. Connitor tamen, neque unquam cedo adversis.[2] *Omnium solus constantissime nos tuetur Franciscus, quem tamen nuper vacillare paene coegerant, qui monstrosa quaepiam illi, quae tu scripsisses, sed nunquam, arbitror, scripsisti, persuaserant. Quod ubi comperi, statim officii arbitratus sum esse mei id conari, ne tantum nobis praesidii occuparetur ab adversariis. Effeci hoc legendo tua, quae ille paucissima admodum ante vix degustaverat. Primo statim ut docilem, quantum mea fieri potuit facultate, reddidi, coepit arridere illi negotium; r[illegible] post, ut vidit, quo tu ex fundamento q[illegible] exstruxeris, „Haec audet“, ait, „quispia[illegible]*

Digitized by Google

aut si audet[a]*, poterit?*“ *Paulatim magis ac magis incendi animum, adeo ut jam ita deditum nobis habeam, ut nullam sinat praeterire coenam,*[3] *quin aliquid tuum aut meum audiat. Est autem acerrimi homo judicii,*[4] *et quo tu sine literis doctiorem videris neminem; tum quae facundia, ut quodque accipit efferendi et amplificandi! Meliorem hac in re assertorem et aptiorem invenire non poteramus. Atque igitur sunt, qui invertere illum nobis conentur magna assidue opera*[b]*, sed non pervalituros certo scio: ita perspectam habeo hominis fidem. Quin etiam quum ab amicis quibusdam et necessariis tentaretur paucos ante dies, ut tanto in dubio positam causam desereret, pertinacissime restitit, causam se minime dubiam tueri affirmans, nam Christi esse et veritatis, praeterea reipublicae Germanae competere, ut nostra accipiantur monita, etiam ut defensetur fides. Nolo tamen latere te, Luthere, autorem fuisse eum, quo ne aliquid in hunc usque diem manu fecerim, sed eo consilio, ut quanto diutius contineam me, tanto favoris plus accedat causae, tantoque magis insolescant adversarii, putantes victum et mole oppressum mea. Sequutus sum monitorem amicum. Interim et apud Caesarem egit causam meam,*[5] *qui illi promisit, non passurum se opprimi me, neque indicta causa damnaturum. Jam hoc agitur, ut expectemus proximo concilio, quid statuatur. Existimant omnes de nobis tractatum iri magnis etiam concertationibus. Quod videbimus, quale futurum sit. Tu te confirma et constanti animo veritati adhaere. In Caesare tamen spei admodum est parum: habet enim sacerdotum circa se magnos greges, atque illorum quibusdam est obnoxius etiam, qui omnes aetate ipsius abutuntur ad consilia nunquam ipsi profutura. At Francisci opera solida est, quamquam et Caesarem existimat ille hoc Principum conventu intellecturum tandem, quid tribuendum sit infidis pontificibus. Et futurum nonnulli arbitrantur magnae inter utrumque infensionis hoc tempore initium, ubi suum officium Franciscus faciet. Potest*

Digitized by Google

apud Caesarem valde multum, sed opportune aggredi parat. Quibus de rebus satis.

Mitto Bullam Decimi, a me, quantum brevissimo per Christum tempore et diebus admodum paucis fieri potuit, sugillatam aliquot locis.[6] *Ajunt et te scripsisse,*[7] *quod non magis vidi quam alia, quae narrantur circumferri. Quod miror, ad me cur non mittas statim tua, quum possis habere, qui ad Franciscum perferant multum facile. Scribitur et dialogus Bulla*[8] *mihi, festivitate arbitror non inurbana; quem editus ut fuerit, accipies statim; simul saeculare brachium*[9] *tracto. Exclamavi et in tuorum librorum incendium versibus Latinis et Germanicis,*[10] *utrosque mitto; item poema Germanicum*[11]*, propter quod nullam satis poenam arbitrantur sacrifici, qua plectar; ita ferunt omnes honestatis limites egressum me: quod Christus judicet, quid reipublicae suae profuturum sit, qua via his*[c] *malis mederi oporteat. Illi quidem diu jam damnatum pronuntiaverunt, sed spero absolvi a Deo, quos ipsi damnaverint. Arserunt tua jam ter.*[12] *Quid tum? igitur a nostris partibus discedunt homines? imo verum scribo tibi, Luthere, magis incensa multitudo est magisque inflammata. Tantum illis profuit unam atque alteram chartulam exustam curare. Quin etiam parum abfuisse Moguntiae*[13]*, ut lapidibus obrueretur Aleander, amici scribunt. Qua de re quandam statui edere satis prolixam epistolam*[14]*, in qua rem totam sum complexus, ut in illo incendio successerit eis. Tuum nomen apud omnes hic venerabile est. Quid agatur istic, facies operae pretium, si copiosissime huc perscribas, et quid in quoque spei sit, quid libere quisque audeat. Spalatino scripseram*[15]*, principis animum ut exploraret mihique, quantum liceret, ea de re perscriberet: scire enim cupio, quid in ipso praesidii sit: non tibi enim uni*[d] *hoc habere cognitum utile videtur*[e]*, sed iis etiam, qui manum opponere et arma huic negotio volent. Quod insta et ipse, oro te: nescis enim, quantum futurum sit in rem nostram*

Digitized by Google

auxilio ipse armatis esse velit vel connivere ad pulchrum facinus, hoc est, ut nobis liceat intra suam ditionem quaerere diverticula, siquando res poscat. Ipsum hoc ubi resciero, statui aliquando invisere vos, nam diutius videor continere me non posse, quin ut videam te, quem sic ob virtutem amo, advolem. Haec celeriter, nam diligentem esse non licuit, quum properarem. Franciscus amicissime salutat te, jubetque esse salvum et sanum, etiam animo auctum. Et tu ex me vale, frater charissime atque optime. Ex Ebernburgo V. Idus Decembr. Saluta Philippum, Spalatinum, Facchum[16] *et omnes nostros.*

PS. Quia suspicatus sum, scripta mea curaturum te denuo istic edi, mitto exemplaria emendatiora, unde describantur per notarium. Rescribe ocissime et copiose. Capnion huc veniet propediem.[17] *Ita facturum rescripsit Francisco. Praedicatores trepidant. Videbimus rei eventum.*

[a] ausit 1. — [b] opere 1. — [c] bis (!) 1. — [d] nach der Conjectur von 5; die Andern haben alle: jam. — [e] nach 5; die Andern: videor.

[1] Vgl. über den Brief im Allg.: Strauß[2] 395. — Hutten befand sich damals bei Sickingen, wohin er sich von Fulda aus (vgl. Nr. 371, Z. 73) begeben hatte.

[2] Virgil. Aen. 6. 95. — [3] vgl. Huttens Brief an Pirkheimer v. 1. Mai 1521 (opp. ed. Böck. II, 61).

[4] Auch Aleander nennt Sickingen einen homo de ingegno (Brieger S. 133; Balan p. 160).

[5] vgl. Nr. 347, Note 6. — Ueber Sickingens Verwendung bei dem Kaiser vgl. Ulmann, Sick. 173.

[6] Bulla Decimi Leonis, contra errores Mart. Lutheri & sequacium. 5½ Bg. in 4., beschrieben bei Böcking I, 61*, abgedruckt mit Huttens Randglossen auch in opp. var. arg. IV, 261.

[7] Es ist die Schrift Luthers gemeint: Adversus exsecrabilem Antichristi Bullam (opp. v. arg. V, 134, vgl. Erl.[2] 24, 38). — Am 25. Novb. schrieb H. an Bucer (I, 427): Lutherum audivi hodie nescio quid emisisse, quo Leonem X. excommunicet et anathema faciat.

[8] Dialogi Huttenici noui, perquam festiui. Bulla uel Bullicida... (1521; Böck. IV, 309; I, 72*). „Die Bulle gehört zu dem dramatisch Lebendigsten, was H. geschrieben hat." (Strauß[2] 404, woselbst auch Inhaltsangabe.)

[9] vgl. Nr. 371, Z. 78. Eine Abhandlung dieses Titels ist nicht mehr vorhanden, auch fehlt uns jede weitere Kunde davon.

Digitized by Google

Aus dem Briefe H.'s an Sebast. v. Rotenhan, 13. Sept. 1520 (opp. I, 404) sehen wir, daß es eine oratio war: Implorat ille (Papa) brachium seculare; ego Domini contra virtutem composita oratione invocabo.

[10] In incendium Lutherianum exclamatio Vlrichi Hutteni Equitis. Anno Domini MDXXI. — Eyn Klag über den Luteriſchen Brandt zu Mẽtz durch herr Vlrich vonn Hutten. (beſchrieben Böck. I, 62*. 64*; abgedruckt III, 451. 455; Inhalt Strauß 365.)

[11] Clag vnd vormanūg gegen dem übermäſſigen vnchriſtlichen gewalt des Bapſts zu Rom, vnd der vngeiſtlichẽ geiſtlichen, durch herren Vlrichen von Hutten ... in Reymens weyß beſchriben. Iacta est alea. Ich habs gewagt. (beſchrieben Böck. I, 65*; abgedr. III, 473; Inhalt Strauß 371.)

[12] in Löwen, Cöln und Mainz; von der Verbrennung zu Lüttich (vgl. Nr. 367, Note 6) ſcheint H. nichts gewußt zu haben.

[13] Nach dem Bericht Aleanders an Medici (Brieger S. 17; Balan p. 24) fand die Verbrennung am XXVIIII. Novemb. ſtatt; da aber Hutten bereits am 28. (IV. Kal. Decb.) an Bucer ſchreibt (opp. I, 428): Lutherus arsit Moguntiae, ſo muß die Angabe Aleanders falſch ſein. K. Janſſen, Aleander in Worms, 1883, S. 47 meint deshalb den 27. Novẽ. dafür anſetzen zu müſſen. Am 25. hatte H. an Bucer geſchrieben, nachdem er von der Cölner Verbrennung geſprochen (I, 427): Expectamus Moguntiae quid fiat, nam et ibi tentabunt adversarii. — Aehnliches wie Hutten berichten über Aleander, nur ausführlicher, Hedio an Zwingli (Zw. opp. VII, 157) u. Beat. Rhenanus an Amorbach (Horawitz, Briefw. des B. Rhen. S. 266). Vgl. auch „Karſthans" bei Böcking IV, 630 f.

[14] Dieſer Brief iſt nicht vorhanden. — [15] Auch dieſer Brief fehlt. — [16] vgl. Nr. 310 Z. 54.

[17] In Rom war eine Wendung zu Ungunſten Reuchlins eingetreten: das Speierer Urtheil wurde im Sommer 1520 caſſiert (Pet. Gebwiler aus Rom an Capito in Mainz, 24. Aug., hdſchrftl. im Thes. Baum. I, 98 in Straßburg: Data fuit contra D. Jo. Reuchlin novissimis diebus sententia et pro Jo. Hochstraten super Speculum oculare); die Cölner ſchlugen triumphierend die Bulle an den Kirchenthüren an. Da lud Sickingen, ſein alter Beſchützer, Reuchlin zu ſich auf die Ebernburg ein, dieſer verſprach auch zu kommen (noch am 16. Jan. 1521 ſchreibt Hutten an Capito, opp. II, 5: Vocavimus huc, quo fortasse veniet proximo vere), ſchien ſich dann aber doch in Ingolſtadt ſicher genug zu fühlen und verblieb vorerſt daſelbſt. Vgl. Strauß[2] 366 f.; Ulmann 170; Geiger, Reuchl. 452.

Digitized by Google

(Wittenberg.) Nr. 374. (10. December 1520.)

Luthers Aufruf an die Wittenberger Studentenschaft, zur Verbrennung der geistlichen Rechtsbücher zu erscheinen.

Handschriftlich: 1. Pet. Schumann's Annalen I, 121 (in der Rathsschulbibl. zu Zwickau); — Drucke: 2. Kolde, Analecta S. 26 (nach 1). — Wir geben den Text nach 2.

Quisquis veritatis evangelicae studio tenetur, adesto sub horam nonam, modo ad templum S. Crucis extra moenia oppidi, ubi pro veteri et apostolico ritu impii pontificiarum constitutionum et scolasticae theologiae libri cremabuntur, quandoquidem eo processit audacia inimicorum Evangelii, ut pios ac evangelicos Luteri libellos exusserit. Age, pia et studiosa juventus, ad hoc pium ac religiosum spectaculum, fortassis enim nunc tempus est, quo revelari Antichristum oportuit!

Wittenberg. Nr. 375. 10. December 1520.

Luther an Spalatin.

Handschriftlich: 1. Cod. Jen. a. f. 320; — Drucke: 2. Aurif. I, 294; 3. de Wette I, 532. — Deutsch: Walch XXI, 732. — Wir geben den Text nach 3.

Erudito et pio viro Georgio Spalatino, a sacris principalibus, ac suo in Domino. [a]

Jhesus.

Salutem. Anno MDXX, decima Decembris, hora nona, exusti sunt Wittembergae ad orientalem portam, juxta S. Crucem, omnes libri Papae: Decretum, Decretales, Sext., Clement., Extravagant. et Bulla novissima Leonis X.; item Summa Angelica [1], Chrysopassus [b] Eccii [2], et alia ejusdem autoris, Emseri, et quaedam alia, quae adjecta per alios sunt,

Digitized by Google

ut videant incendiarii Papistae non esse magnarum virium libros exurere, quos confutare non possunt. Haec erunt nova.[3]

Caeterum quod pro concionatore Eylenburgensi[4] rogasti, ut faciam, nunc ecce facio. Petit enim, ut per te ex Principe Illustrissimo impetrem, ut ei apud suos majores obtineat licentiam octo annorum agendi, ubi velit, forte in studio attento, quod jam multis annis varie jactatus eorum mandatis, dignum sit aliquando quiete ad tempus frui pro suo commodo. Hoc nunc feci et facio, rogans, ut et tu facias. En habes, quod voluisti. Vale. 1520, Wittembergae, 10. Decembris.

Martinus Lutherus.

[a] Die Ueberschrift fehlt 2. — [b] Chrysoprasus 2. 3.

[1] Verfasser Angelus Carletus, nach seinem Geburtsort Chiavasso, de Clavasio genannt, Minorit und von Sixtus IV. in vielen wichtigen Angelegenheiten als Nuntius verwendet; starb 1494 oder 1495; seine Summa conscientiae casuum (ed. princ. Venet. 1476) wurde nach seinem Vornamen Summa Angelica genannt. Sie war das herrschende Compendium für die Verwaltung des Bußsacraments. Neben dem Corp. jur. canon. waren die Summen die wichtigsten Werke für die Geltung des kirchl. Rechtes und standen in unmittelbarster Beziehung zu der von Luther bekämpften römischen Lehre von der Buße und den guten Werken. Ueber die Sum. Angel. spricht sich L. auch de capt. Babyl. und in den Tischreden mit den stärksten Worten aus. Vgl. Stintzing, Gesch. der populären Literatur des röm.-kan. Rechts in Deutschl. ꝛc. 1867. S. 537; derſ. Gesch. der deutschen Rechtswiss. I, 1880, S. 19.

[2] Chrysopassus a Joanne Majoris (d. i. Maier) Eckio, procancellario Auripoli [Ingolstadt] et canonico Eistetten. Lecta est subtilis illa praedestinationis materia Wilhelmo Illustris. Principe Bojoariam gubernante. Anno gratiae D.XII. (Gedruckt in Augsburg 1514.) Ueber das Werk vgl. Wiedemann, Eck, S. 453. Den Titel Chrysopassus erklärt Eck selbst: Librum ipsum Chrysopassum appellavi, quod ille Evangelii sol Joannes in Apocalipsi pro decimo lapide supernae civitatis Hierusalem illum posuerit, communi doctorum interpretamento decimum articulum fidei, qui est sanctorum communio designante: est autem Chrysopassus lapis Indicus purpureus, aureas habens guttas; unde et nomen accepit. Nam χρυσος aurum significat et πασος tinctum vel sparsum. — Das Werk selbst ist durch

Digitized by Google

ein Gedicht des Urbanus Regius eingeleitet (abgedr. bei Wiedemann S. 454).

[3] Das Vorhaben war schon früher gefaßt. Am 3. Dec. schreibt Spalatin an den Kurfürsten (Ztschr. f. Kgesch. 2, 122): „Doctor Martinus hat Decret u. Decretales zusammen verordnet, dieselben zu verbrennen, sobald er in glaublich Erfahrung kompt, daß sie zu Leyptzig sein Bucher sich unterstanden zu verbrennen. Steht wohl darauf, daß er die Bullen auf der Kanzel offentlich verbrennen werd, wenn sich die Mißgunstigen ihrer Ubung u. Handelung nit maßen [= mäßigen] werden." — Die Acta exustionis Antichristianarum Decretalium, von einem unbekannten Schüler Luthers, s. in opp. v. arg. V, 253. Als Gegenschrift bemerken wir Murner's: Wie doctor M. Luter uß falschen ursachen bewegt das geistlich recht verbrennet hat. — Getruckt zu Straßburg durch Joannem grienniger [sic] in dem iar .M.D.XXI. uff den montag invocavit. (vgl. Schmidt, hist. litér. de l'Alsace. 1879. II, 427. Nr. 340.) — [4] Georg Kunzelt.

(Wittenberg.) **Nr. 376.** 15. December 1520.

Luther an Spalatin.

Original: 1. anhalt. Ges.-Arch.; — handschriftlich: 2. Cod. Dessav. A. Nr. 81; 3. Cod. Jen. a. f. 104; — Drucke: 4. Aurif. I, 294[b]; 5. de Wette I, 533. — Deutsch: Walch XXI, 734. — Wir geben den Text nach 1.

Pio et erudito viro, D. Georgio Spalatino, a sacris principalibus, suo in Domino charissimo.

Jhesus.

Salutem. En Hutteni librum[1] ad me per Crotum[2], ut vides, missum, mi Spalatine; Principi curabis suum reddi exemplar, ego meum teneo. Deus bone, quis finis harum novitatum? Papatum hactenus invictum incipio talem habere, qui convelli etiam possit ultra omnium spem, aut ultima dies instat. Credo, ad te jam dudum pervenisse exempla literarum, quae repetiisti.

Scribit B. Adelmannus[3], Episcopum Augustensem[4] impulsu Eccii fuisse processurum adversus ipsum et alios, nisi Dyces Bavariae pro eo intervenissent. Ita furit inquietus iste homo. Scribit

Digitized by Google

idem, se ex homine digno fide accepisse, Parrhisienses theologos[5] omnes articulos in Bulla damnatos censuisse christianissimos praeter duos, quos disputabiles haberent; idem ex inferioribus partibus[6] accepimus. Det Dominus ita esse et fore!

Galerus Moguntinus[7] mea publico edicto inhibuit Magdeburgi. Halberstadii eadem exusserunt[8], itidem Minores Cottbusenses[9]. Asinus Alveld[a] iterum in me scripsit[10], sed contemno, nec legere volo. Tu vale et pro me ora Dominum. 1520. Octava Conceptionis.

Mart. Luther, Aug.

[a] Alveldensis 4. 5.

[1] Jedenfalls das Buch: Hoc in libello haec continentur. Vlrichi De Hutten, Equitis Germani, ad Carolum Imperatorem, aduersus intentatā sibi a Romanistis vim & iniuriam, conquestio. Eiusdem alia ad Principes ac viros Germaniae, de eadem re conquestio. Eiusdem ad Albertum Brandepurgeñ, & Friderichum Saxonū Ducē, Principes Electores, alieqz ad alios Epistolę. (20 Bl. in 4; erschienen Oct. 1520; beschrieben Böck. I, 56 *; abgedruckt I, 371; Inhalt Strauß 349.) — Es erschien auch eine deutsche Uebersetzung, vgl. Böck. I, 59 *, und aus dieser wieder besonders der Brief an den Kurf. (datiert: Ex Ebernburgo, tertia Idus Septembres), vgl. Böck. 60 *; abgedr. I, 383. — Vgl. auch Aleander an Jul. v. Medici, Mitte Decb. (Brieger S. 31; Balan p. 33; Kalkoff S. 26): [Hutten ha fatto] quatro o sei Epistole ad Cesarem et alios, in quibus de me loquitur multis in locis, suppresso tamen nomine, sumpta occasione dal Breve scritto al Maguntino, del qual hanno havuto copia inscio Cardinali per meggio (ut puto) delli occulti Lutherani, che servono a detto Signor.

[2] wohl mit dem Brief vom 5. Dec.

[3] Bernh. Adelmann (vgl. Nr. 262, Note 4) war von Eck mit in den Bann begriffen worden, fürchtete für seine Pfründe und rief den Schutz des Herzogs von Baiern an; bereits am 8. Novb. suchte er bei Eck um Lossprechung nach und erhielt von ihm am 15. das Zeugniß der Absolution; vgl. Riederer, Nachr. II, 68. Adelm. scheint in seinem Briefe sein Verhalten schöngefärbt zu haben.

[4] Christoph v. Stadion, 14. Mai 1517 — 15. Apr. 1543.

[5] vgl. Glareanus aus Paris an Zwingli, 1. Novb. 1520 (Zw. opp. VII, 151). — Das Urtheil der Pariser war übrigens im Decbr. noch nicht gefällt, und als am 15. April 1521 die Determinatio Theologicae Facultatis Parisiensis (vgl. opp. v. arg. VI, 31) publiciert wurde, lautete sie anders. Jedoch war

Digitized by Google

das von Luther oben Mitgetheilte damals allgemeines Gerücht, vgl. Aleander an Medici 11. Mai 1521 (vgl. Brieger 188; Balan 213; Kalkoff 183): già più di due mesi li Lutherani faceano sparger quì con grande loro avanteggio, che Paris havea approbata la dottrina di Luther, excetto alcuni pochissimi articoli, li quali diceano essere disputabili.

[6] d. i. aus den Niederlanden.

[7] d. i. der Cardinal von Mainz; galerus, eine Kappe aus Fellen, im Mittelalter Abzeichen der herzoglichen Würde, von Innocenz IV. auf dem Concil zu Lyon 1244 den Cardinälen zuerkannt, vgl. Du Cange s. v.

[8] Die von Halberstadt riefen auch ihre Studenten von Wittenberg zurück, wie Spal. am 1. Decb. an den Kurf. berichtet; vgl. Seiffert, Ref. in Leipz. S. 52, Note 11.

[9] Cottbus, Reg.Bez. Frankfurt a. O., seit 1462 zum Kurfürstenthum Brandenburg gehörig.

[10] nicht, wie de Wette meint, das Malagma optimum, das schon im Juli erschien (vgl. Nr. 308, Note 7), sondern wohl die Schrift: Vō dem elichen stādt widder bruder Martin Luter Doctor tzu wittēberg .... Leyptzigk. (5 Bg. in 4. s. a., von Weller, repert. typ. Nr. 1983 zu spät ins J. 1522 gesetzt.) Zu Anfang der Schrift nennt sich Alv. als Verf. Er tritt darin für die Ehe als ein Sacrament ein, welches Luther in seiner capt. babyl. verworfen hatte (vgl. opp. v. arg. V, 88). Luther antwortete ihm nicht, dagegen erschien von unbekanntem Verfasser, der sich unter der Maske eines Narren versteckt: Eyn buchleyn wieder den Sermon Augustini Alueldes vom ehlichen stande den er wieder Martinum Lutther gemacht, darinne auch angezeygt ab es auß götlicher heyliger schrieffte gegründet das Priester möchten ehlich weyber habenn .... (2½ Bg. in 4., s. l. et a., von Weller Nr. 1995 ebenfalls zu spät in das J. 1522 gesetzt.)

Coburg. Nr. 377. 20. December 1520.

Herzog Johann Friedrich von Sachsen an Luther.

Original: 1. v. Wallenrodt'sche Bibliothek in Königsberg; — Druck: 2. Burkhardt, Luth. Briefw. S. 35 (nach 1). — Wir geben den Text nach 2.

Mein Gruß und genädigen Willen bevor, achwar[a], wirdiger, lieber Herr Doctor und geistlicher Vater! Ich hab Euer Schreiben verlesen und gar genädiglichen verstanden, thue auch mich genädiglichen bedanken, daß Ihr Euch auf mein Schrift, auch zuvor ehe sie Euch ist zukommen, darein gegeben, und

Digitized by Google

predigen und schreiben wie zuvor, und Euch die päpstliche Poul[b] nit lassen abschrecken und wie bisher wey[c] dem Evangelio fest stehen. Das will ich in allen Genaden kegen Euch erkennen, auch herzlich gerden[d] Euch mitsampt der christlichen Wahrheit in genädigen Befehl haben und gerden[d] das Mein darbei thuen. Geb Euch auch gar genädiglichen zu erkennen, daß der hochgeborne Fürst, mein genädiger lieber Herr Vetter und Vater[1] uf mein Schrift, wie ich Euch Copia zuvor hab zugeschickt, wieder geschrieben nach folgender Meinung: „Hochgeborner Furst, freundlicher lieber Vetter und Sohn! Ich habe Euer Liebe Schreiben, Doctor Martinus Lutter belangende, alles Inhalts vernommen, und solchs freundlich von E. L. vermarkt. E. L. sollen auch nit zweifeln, ich will mir die Sache, so viel moglich und sich leiden will, lassen befohlen sein." Das hab ich Euch genädiger Meinung als meinem geistlichen Vater nit verhalten wollen. Euch Genad zu erzeigen bin ich geneigt; will mich hiemit in Euer Gebet befohln haben. Datum zu Coburg an Sanct Thomassen Abend im XV[c] und XX Jahr.

[a] = achtbar. — [b] = Bulle. — [c] = bei. — [d] = gern.

[1] Daß mit „Vater" hier nicht Herzog Johann, sondern der Kurfürst Friedrich gemeint ist, ergibt sich aus der Aeußerung Luthers in Nr. 357, sowie aus der Anrede in dem oben mitgetheilten Brief (Z. 15): „lieber Vetter und Sohn"; vgl. Köstlin in den Stud. u. Krit. 1882, S. 700, Note 1.

Wittenberg. Nr. 378. 21. December 1520.

Luther an Spalatin in Allstedt.

Original: 1. Cod. Gothan. A. 122, fol. 15 (durch Nässe beschädigt); — Drucke: 2. Aurif. I, 296; 3. de Wette I, 534. — Deutsch: Walch XV, 2240 und XXI, 735. — Wir geben den Text nach 1.

Erudito et pio viro, D. Magistro Georgio Spalatino, a sacris principalibus Saxoniae, suo in Domino.

Salutem. Et ex Alstet[1] exemplaria literarum et ex Kindelbrucken[2] hodie accepi literas tuas, quibus responderi petis a me, quidnam facturus

Digitized by Google

sim, si vocatus fuero a Caesa[re] Carolo[3], citra discrimen evangelii et salutis[a] publicae, quod videas adversarios omnia moliri ad maturandum id negotii[b].

Ego vero, si vocatus fuero, quantum per me stabit, vel aegrotus advehar, si sanus venire non possem[c]. Neque enim dubitare fas est, a Domino me vocari[d], si Caesar vocat. Porro si vi rem gesserint, sicut verisimile est (neque[e] enim ut doceri velint, me vocandum curant) Domino commendanda est causa. Idem enim vivit et regnat, qui tres pueros in fornace regis Babylonis servavit[4]. Quod si servare nolit, parva res est caput meum, si ad[f] Christum comparetur, qui summa ignominia et omnium scandalo multorumque pernicie occisus est. Nam hic nullius discriminis, nullius salutis ratio habenda est[g]; curandum potius contra, ne evangelium, quod semel coepimus, in ludibrio impiorum relinquamus, causamque demus adversariis gloriandi adversum nos, quod confiteri non audeamus, quae docuimus, et sanguinem pro eo fundere metuamus[h], quam nostram ignaviam et illorum jactantiam Christus misericors avertat, Amen[i].

Proinde etsi ita fieri oporteat, ut reges terrae et principes conveniant in unum, et cum gentibus et populis fremant adversus Dominum et adversus Christum ejus[5], tamen eodem psalmo[6], docet Spiritus, beatos fore, qui confidunt in eo. Nec solum hoc, verum et irridebit Dominus et subsannabit illos[7]. Nostrum certe diffinire[k] non est, ex vitane an ex morte mea plus minusve periculi sit orturum evangelio et publicae saluti. Scis, quod veritas Dei petra scandali est, posita in ruinam et resurrectionem multorum in Israel[8].

Nostrae autem nunc curae id unicum est officium reliquum, ut oremus Dominum, ne[l] Caroli imperium in meo aut ullius[m] sanguine, pro impietate tuenda, primas operas cruentet, mallemque me (quod saepius dixi) in solis Romanistarum manibus perire, ne ille cum suis in hanc causam involvere-

Digitized by Google

tur. Scis, quae miseria Sigismundum Imperatorem post occisum Huss consecuta sit, ut nihil deinde prosperum habuerit, sine prole obierit, et filius etiam filiae postea Ladislaus perierit, et in generatione una deletum sit nomen ejus[n], uxor vero Barbara infamia reginarum evaserit[9], et alia, quae te nosse credo. Si tamen ita fieri oportet, ut et ego non modo pontificibus, sed et gentibus tradar, fiat voluntas Domini, Amen.

En habes meum consilium et animum. Omnia de me praesumas praeter fugam et palinodiam: fugere ipse nolo, recantare multo minus. Ita me confortet Dominus Jhesus. Neutrum enim sine periculo pietatis et multorum salutis facere possem. Remitto exemplaria, missurus suo tempore literas ad Principem[10], sicut exemplari praescripsisti. Arbitratus sum hactenus omnia mea per aliorum manus ad aulam istam quam primum perferri; ideo nunc accipe, quanta sunt excusa. Nam vernacula jam juxta Latinam excuditur[11]. Vale et esto robustus in Domino. Vittembergae, die S. Thomae Martyris (ut creditur a multis) 1520.

Martinus Luther.

[a] Evang. et sal. bei 1 nicht mehr lesbar. — [b] id neg. nicht mehr lesbar. — [c] possum 2. — [d] me voc. nicht mehr lesbar. — [e] neque desgl. — [f] si ad desgl. — [g] est desgl. — [h] metuamus desgl. — [i] Amen desgl. — [k] definire 3. [l] ne nicht mehr lesbar. — [m] illius 2. — [n] Die Worte et in generatione etc. hat Luther an den Rand geschrieben.

[1] Allstedt (Altstedt), jetzt zu Sachsen-Weimar, damals zur Grafschaft Mansfeld-Mittelort gehörig; vgl. Krumhaar, Mansf. S. 11. — Am 16. Decbr. war Spalatin im Gefolge des Kurfürsten in Allstedt; vgl. Förstemann, Neues Urkdbch S. 3, Nr. 5.

[2] Kindelbrück, im preuß. Reg.-Bez. Erfurt, Kr. Weißensee.

[3] Am 28. Novb. hatte der Kaiser aus Oppenheim an den Kurfürsten geschrieben (Cyprian, Nützl. Urk. I, 482), daß ihm angezeigt worden, der Kurfürst begehre, daß nichts wider Luther vorgenommen werde, er sei denn zuvor verhört worden, deßhalb „begehrn wir an dein Lieb mit hohem Fleiß, du wollest den obbestimpten Lutter mit dir auf den nächstkünftigen Wormbs bringen, so wollen wir ihn allda von gelehrten verständigen Personen gnugsamlich verhören lassen". Der Kurfürst ließ bei Luther anfragen, aber noch ehe Antwort durch Spalatin bekam, lehnte er in ein

Digitized by Google

den Kaiser v. 20. Dec. aus Allstedt (Cypr. S. 484) das Gesuch ab, weil er berichtet sei, daß unterdessen Luthers Bücher un[v]erhört in Köln und Mainz verbrannt sollen sein, und „Luther vielleicht dargegen auch etwas, ehedenn dieß Eur K. Maj. Schreiben mir zukommen, fürgenommen haben mocht [der Kurf. meint wohl die Verbrennung der Bulle am 10. Dec.], so wollt mir schwer fürfallen ... Luther mit mir auf den Reichstag zu bringen." Dieser Brief kreuzte sich aber mit einem neuen Schreiben Karls vom 17. Dec. aus Worms (Cypr. S. 489), worin dieser die Berufung Luthers nach Worms zurückzog. Ueber die Beweggründe zu beiden Briefen vgl. Kolde, Luth. u. der Reichstag zu Worms (Schriften des Vereins f. Rfgsch. I, S. 19 ff.)

[4] Dan. 3, 23 ff. — [5] Ps. 2, 2. — [6] Ps. 2, 12. — [7] Ps. 2, 6. [8] Luc. 2, 34; Jes. 8, 14.

[9] Sigmund hinterließ nur eine Tochter Elisabeth, vermählt mit Kaiser Albrecht II., deren Sohn, Ladislaus Posthumus, König von Ungarn u. Böhmen, am 23. Novb. 1457 ohne Nachkommen starb. Ueber das ausschweifende Leben der zweiten Gemahlin Barbara, Gräfin v. Cilly, vgl. Aschbach, Kaiser Sigmund, II, 397; IV, 391. — [10] vgl. den Brief v. 25. Januar 1521.

[11] nämlich „Grund u. Ursach aller Artikel" (Erl. 24², 55) neben der „Assertio" (opp. v. arg. V, 156, vgl. Nr. 369).

(Straßburg.) Nr. 379. (vor 24. December 1520.)

Thomas Murner an Luther.

Würde Luthern als einen gebornen Deutschen und geschickten Mann lieber als Freund anerkennen, muß ihm aber widerstehen, da er den Glauben angreift und dafür des Kaisers, der Fürsten und des Adels Hülfe anruft, wobei aber Luther des Kaisers, als eines österreichischen Fürsten, angeborne Art verkennt. Wenn er etwas wider den Papst zu haben glaube, solle er solches an rechter Stelle anbringen, nicht aber zu Aufruhr bewegen. — Dieser Brief bildet die Vorrede zu der Entgegnung M.'s auf Luthers Buch an den deutschen Adel. Von demselben urtheilt Aleander am 8. Febr. 1521 (Brieger Nr. 6; Balan p. 103; Kalkoff S. 51): Ancora è dato fuora un libro in alemanno contrà Luther ad nobilitatem Germaniae, che se dice esser assai ben fatto. Kalkoff a. a. O. Note 3 hält zwar Emsers Wider das vnchristenlich Buch M. Luthers an den Tewtschen Adel außgangen Vorlegung für dieses Buch, aber dasselbe, am Tage Fabiani u. Sebastiani, = 20. Januar, vollendet, war schwerlich schon am 8. Februar in Worms bekannt.

Druck: 1. An den Groß- | mechtigsten vñ | Durchlüchtigstē adel tüt- | scher nation das sye den | christlichen glauben be- | schirmen, wyder den | zerstörer des glaubēs | christi, Martinū | luther einē v'fie | rer der einfel | tigē christē. — Am Schluß: Censores. || Getruckt von Johanne Grie | ninger in dem iar Tausent. CCCCC. Vnd | xx. Vff dē Cristabent mit Kei- | serlichem Priuilegiū, in ein | em iar niemans nach |

Digitized by Google

trucken sol. ꝛc | .·. — 10 Bg., letztes Bl. leer, in 4. m. Titeleinf. — Unser Brief steht auf Bl. Bj[b], nach der Widmung an Karl V. Daß Murner der Verfasser ist, s. Nr. 363, Einl.

Ein Vorred zu Doctor Martino Luther.

Es sollte sich dein billig, Martine Luther! gemeine Christenheit erfreuen als eins besunderen gelehrten Manns, wo du deine Kunst und durchlüchtige Vernunft nit brüchtest zu Niedergang deines Vaterlands und Zerstörung unsers Glaubens und väterlichen Gesatzes, auch mit dem Schwert der Geschriften letztest dich so bald, als jemans anders. Darum wir für solches Ehre-Erbieten, so wir dir deiner Vernunft halb pflichtig wären zu beweisen, uns leider gegen dir als einem abgesagten Find erwehren müssen und brüderlichen ländlichen[a] [1] Gunst in ein Ungunst verändren wider unsers Herzen Willen, dann wir ja lieber dein Lob, Ehre und Briß[b] als eins gebornen Deutschen und geschickten Manns sehen und fürdren wollten, dann dein Schand, wo du nit also mit ungewäschnen Händen in dein und unseren christlichen Glauben gegriffen hättest, uns verursachet, zu Beschützung der Wahrheit Kaiser, Künig, Fürsten und Herren wider dich anzurüfen, so du dich nit schämest, unseren frummen Kaiser und allen durchlüchtigen deutschen Adel anzurüfen zu Beschirmung deines unwahrhaftigen, ufrührischen, unsinnigen und frevelschelligen[2] Fürnehmens. Hättest sie wohl zu größeren Ehren gesparet, dann daß sie dir hilfen, deine unchristliche Lügen zu bestätigen und dein unvernünftigs, unehrlichs Unterstohn durchzudrucken, dich selb zu einem Rathgeben gemachet, wider den alten Spruch, so du von niemans dazu erbeten bist, unserem jungen frummen Blut us Oestereich und angohnden Kaiser schellig gleich angohnds und in Anefang seines Reichs gerathen, dem Papst zwo Kronen zu zucken[3], er hab noch mit der dritten genug und nur zu viel, alle Cardinäl abzuthun, es sei gnug mit 12 Kirchen, Klöster zu zerstören[c], alles geistlich Recht abzuthun und ein rothen[d] Haufen[4] darus zu machen, das Kind mit dem Bad uszuschütten, Kuh[e] mit dem Kalb zu metzgen, ein warmen Anschlag, freilich in der Badstuben geschehen[5], daß er also hitzig ushin geng, mit dem jungen Adel Künig Roboam in Anefang seines Reichs gerathen[6], ein voll streng laufend Wasser und den ganzen Rein gewältig eins als zu widertreiben,

Digitized by Google

Stich, Mörd, Hau, Schlag, oben us und nienent[7] an, nicht dann ein schelligen, unfürsichtigen Kopf erzeiget, dem billig niemans folgen soll, er wölle dann Land und Leut verderben; also daß ich festegklich gelaub: hättestu der östereichschen Fürsten angeborne Art gewüßt und erkennet, du würdest unserem friedsamen Blut us Ostereich solcher Ufruhren nit gerathen haben, dann sie zu Blutvergießen nie Neigung hätten, es müßte dann sein wider ihren Willen. Und solches willtu als ein Hofnarr und in Narrenweis gethan haben[8], iuffs deding[9] von einem geistlichen Mann in solchen Sachen die leichtfertigen Wörter zu treiben; vermeinest, wo du viel Verwirrens, Unwahrheiten, Schmachbeweisung usgegossen habest, alsdann hättestu jedermann die Schellen anknüpfet, und wie Erasmus Roterdam, der auch in der Gestalt eins Narren die Wahrheit redte[10], dann daß es dir nit so wohl als ihm angestanden ist. Darumb dir als einem Narren, wie Salomon[11] spricht, soll billig nach deiner Narrheit geantwurt werden, uf daß du dich nit für einen Weisen achtest. Dann deine gewohnlichen Titel, als einen Doctor und geistlichen Mann, hättent wir dir billig geben, wo du dich nit in einen Narren transformiert hättest. Darumb uns gebühren will, dem Narren seinen Kolben zu zeigen[f 12], dann dir in Wahrheit solche Narrenweis je ubel anstoht, daß du Julium den Papst ein Blutsüffer nennest und den jetzigen Papst mit den Seinen ein Dieb, ein Lecker, Buben und deren gleichen schmäheliche Wörter und hippenbübsche[13]. Dann wa du je etwas wider ihn vermeintest zu haben, wär dir ehrlicher, geistlicher, züchtiger und frümmlicher angestanden, ihn mit seinem gewohnlichen Namen zu melden und deine Klag wider ihn mit christlicher Mäßigkeit fürzutragen an Ort und End, da solches möcht gebessert werden und dir geholfen. Willt unseren jungen und angohnden Kaiser und Regierer uferwecken, wie du sagst, wider die Fürsten der Höllen, und nenneſt das ein Spiel, welches, so es nit mit Gottes Forcht angefangen würd, die ganze Welt in dem Blut schweben sollt. Du willt uns je zu einer großen Ufruhr bewegen. Jch siehe aber niemans, der deinem Sturm zulauft, Spieß oder Hellenparten zucke, oder, so du unsinnig bist, der mit dir wöll schellig werden. Als freilich die wohl wissen, daß alles, so du fürwendest zu reformieren und besseren ohn alle Ufruhr, mit der Zeit und mit Gutes durch Fürsichtigkeit unsers edlen Kaisers

Digitized by Google

und unserer Churfürsten mag gebesseret werden und in ein leidliche Form und Gestalt verordenet.

Darumb wir es gänzlich darfür haben, daß du den obgenannten Fürsten und Herren ein klein Gefallen beweisest, daß du also die Gemein unterstohst mit vielen deutschen Büchlin zu erheben und ufrührisch zu machen, und doch wohl wissen solltest, wo sie zusammen liefen, alsbald ihnen selber etwas fürnehmen dörften unterstohn, alsbald sie dir folgten. Damit dich mit kurzen Worten will ermahnet und gewarnet haben, wider die kaiserlichen Verbot die Sachen unsers Glaubens vor den Unverständigen nit zu disputieren und in ein Zweifal[h] zu berüfen, wöllent wir alle an dem Karren schalten[14], daß dir dein so manigfältig Missethaten und Schmachbeweisen genädig verziegen werd, dich verändrest in christlichere Mäßigkeit, und mit uns in Gott den Herren in rühigem[i] Herzen loben[k] mögest. Amen.

[a] ? Dr. lentlichen. — [b] = Preis. — [c] Dr. zerstörig. — [d] Dr. radtē. — [e] Dr. küw. — [f] Dr. zeügen. — [g] = mit Güte. — [h] Die Form „zweiffal" für „Zweifel" kommt öfter bei M. vor. — [i] riewigē. — [k] ? mit uns zusammen Gott den Herren; oder: mit uns in Gott dem Herren ... leben?

[1] d. i. landsmannschaftlich; auch: nach gemeiner Sitte und Brauch. — [2] schellig = zornig, vgl. Sander, deutsch. Wtb. III, 906[b]; „schellig werden" lautet in Huttens expostul. Erasm. die Uebersetzung für: indignationem capere. — [3] vgl. Nr. 363, Z. 204. — [4] d. i. einen Brand. — [5] vgl. Nr. 363, Z. 163. — [6] 1 Kön. 12. — [7] = nirgends (Lexer, mittelhochd. Wtb. II, 77). — [8] vgl. Luther, an den Adel, Erl. 21, 277. — [9] jûfteidinc, Spottwort, Narrenwort (Lexer s. v.; Grimm s. v. Jauf). — [10] in seinem Encomium Moriae. — [11] Spr. 26, 5. — [12] Kolbe = Keule, der stete Begleiter des Narren, ursprünglich seine Waffe, dann sein wesentliches Abzeichen; die Redensart bedeutet: ihn seiner Thorheit überführen. — [13] vgl. Nr. 198, Note 5. — [14] = am Karren stoßen, schieben, d. i. helfen.

(Hagenau.) **Nr. 380.** (Ende 1520.[1])

Petrus Franciscī[2] an Luther.

Erster Druck: 1. Defensio Christiano[rum] [ec]. id est, | Lutherano | rum. | Cum pia [ ] F. Thomæ Murnar, lutheromasti[gis] Minorum, quo sibi temperet à con[tu]mpugnationibus Martini Luthe[ri]. | * | Epistolæ it[a]

Digitized by Google

eruditos Germaniæ. | Ad Martinum Lutherum. | Ad ſtrēnuiſimum [sic] equitem Germ. Vlrichum Huttenū. | Ad populum Germaniæ. (Das unter dem Titel ſtehende Druckerzeichen iſt das des berühmten Kloſters Saint-Dié in Lothringen, wo auch die Briefe des Amerigo Vespucci und die Cosmographices introductio gedruckt ſind.) s. l. et a. — 11 Bl. in 4. — Der Brief an Luther ſteht Bl. cij b. (Ulhlhorn, Rhegius S. 33 vermuthet, daß dieſe Schrift von Rhegius ſei.) — Gedruckt: 2. Kolde, Anal. S. 26. Wir geben den Text nach 1.

Piissimo theologo Martino Luthero amico
Petrus Francisci S. D.

Prima die posteaquam egressus sum Haganoiam[a], *oblati sunt mihi a studiosis quibusdam alii duo libelli Thomae Murnarii Minoritani: unus de potestate Papae*[3], *alter ad nobiles Germaniae*[4], *quos mitto; non quod diffidam te illos non habere, sed quia nomen fortasse autoris tibi ignotum est, nam nullum libellis inest nomen*[5]. *Quod, quare omiserit, divinare non possum, nisi quod forte rem fortunae commisit, ut, si non vicerit, nesciatur se fuisse autorem, vel si te devicerit, praemium extorquere possit a Romano Pontifice, ac denuo se prodere fuisse victorem. Signavi libellos nomine autoris; tu fac, sentiat te Martinum esse, quin et nos omnes te videamus. Desideratur responsio tua a multis, non quod*[b] *hujus nugae dignae sint, ut aliquid a te mereantur, sed ut hujus nomen immortalitati dones, uti Silvestrani, Eccii, Emserani, Lipsensis Romanistae*[6] *et caeterorum. Age aliquid amicorum causa. Nam ille passim se jactat, victum te esse jam. Spondet triginta volumina*[7], *et post haec impugnaturum se etiam ea, quae illi responderis*[8]. *Habet autem qui se illiciant (ut audio) blanditiis et muneribus. Parum aberit, suapte se illi prodant*[c]; *tam gloria torquet inanis, tam est depravatus in te illorum animus, imo in omnes pie christianos. Murnarus ab omnibus Argentorati despicitur*[9], *ridetur, exsibilatur. Pauci, et quidem malae farinae, cucullatam efferunt bestiam. Ad stipem illo abutuntur liberius, dum licet. Praeter Curtisanos quinque*[d] *et*

Digitized by Google

desperatae fidei homunculos, caeremoniarios item, non est a plebe in magistratum usque, qui tibi, ut vere christiano, non adplaudat. Tu ergo, ut verus Christi miles, persta; triumphabis cum gloria Opt[imi] max[imi] et ecclesia in petra Christo fundata. Vale. 35

[a] Haganoviam 2. — [b] quia 2. — [c] 2 in Note: „Vielleicht zu lesen: ut aperte se illi prodant?“ Wir glauben der obige Text gibt einen ganz guten Sinn und bedarf keiner Correctur. — [d] 1: qunqȝ; quunque 2, mit einem sic.

[1] Ort und Zeit dieses Briefs ergeben sich aus dem gleichzeitig geschriebenen Briefe des Petr. Francisci an Hutten (vgl. den Titel), der datiert: ex Haganoia, VIII. Calend. Januar. Anno MDXX; vgl. Böcking, opp. Hutt. I, 438.

[2] Ueber die Persönlichkeit des Schreibers vermag ich keine weitere Auskunft zu geben; in der Unterschrift des Briefs an Hutten nennt er sich Petrus Francisci Poeta. Daß der Name ein Pseudonym ist, ist wahrscheinlich; jedoch mit Böcking opp. Hutt. IV, 516 darin Pirkheimer zu finden, geht nicht an. Dieser nennt sich im Ecc. dedol.: Joannes (nicht Petrus) Franciscus Cottalambergius; auch konnte Pirkh. damals wohl kaum wissen, daß Murner der Verfasser jener Schriften gegen Luther war. Außerdem zeigt sich der Briefschreiber mit Straßburger Verhältnissen so bekannt, wie es P. kaum sein konnte.

[3] Von dem babstenthum das ist von der höchsten oberkeyt Christlichs glauben wyder doctor Martinū Luther. — Am Schl.: Datū in d' löblichen stat Straßburg in dem iar ... M. D. xx vff sant Lucien vñ Otilien tag (= 13. Decbr.) von Johanne grieniger getruckt...

[4] vgl. Nr. 379. — [5] vgl. Nr. 363, Einl. und Z. 63. — [6] d. i. Alveld. — [7] Bezieht er sich hier auf Nr. 363, Z. 291?

[8] Murner, An den tütschen Adel, Bl. K$_4$: „Würd aber je Doctor Luther gegen uns, als er pflegt, seinen zornigen Kopf underston zu bruchen und uns geweltlich Wörtlin, mag Euer Gnad erkennen, daß Billicheit erfordere, ihm nach Gelegenheit zu entgegnen“ 2c.

[9] Von seinem unzüchtigen Leben vgl. ein Beispiel in der Zimmer'schen Chronik, ed. Barak, III, 76 (Stuttg. literar. Verein Bd. 93); auch im „Karsthans“ wird Murner darüber öfter angestochen.

Nr. 381. (Ende 1520.)

Johannes Hornburg[1] an Luther.

Erster Druck: Judicium Joan= | nis Cellarij De Martino | Luthero. || Quemadmodū Rubus ille quem vidit | Moses (Exodi. iij.) ardore ignis non est | ab-

Digitized by Google

sumptus, ita nec verum Lutherum, | aduersariorum bellis petitum, hostilia | tela consumēt, sed eiꝰ illustrabūt victo- | riam, & suam prodent stulticiā. — (d. d. Lipsiae, ex musaeo nostro, nono Calen: Ianuarias. Anno M. D. XX.) — 4 Bl., letzte Seite leer, in 4. — Das Gedicht ſteht auf Bl. 3ᵇ.

Ad Martinum Lutherum, Theologum christianae veritatis restauratorem aequissimum, Joannis Hornburgii, Erythropolitae, carmen tumultuarium.

Quanta fides, probitas, divinae legis amorque
Incolat angelicum pectus amore tuum,
Vidimus, atque adeo Christi videt hocce popellus,
Quem modo restituis solus in orbe Deo.
Non moveat quenquam, quod te Cacodaemon iniquus
Nititur a sancto vertere proposito,
Quin magis intrepida constanti et mente rebelles,
Terreat a Christo nec te inimica manus.
Quod cupis humanas divinis subdere leges,
Te docet en Christi spiritus ille sacer.
Credimus hoc omnes nullo terrore retracti
Sanguine qui Christi tingimur usque sacro.
Jam cum sit placuisse bonis laus optima, rursum
Impietas ingens complicuisse malis.
Te laudant qui divinam secernere legem
Abs hominum saeva traditione solent,
Atque iterum Christi qui temnunt dogmata sacra
Plusque hominum stolidi, somnia stulta probant,
His tua displicuit doctrina et quae facis usque.
Displiceant utinam, dummodo vera doces.
Quid multis? jam tempus adest, quo verba triumphum
Christi concipient te duce. Vive, vale!

[1] Ueber Hornburg aus Rottweil in Württemberg vermag ich keine Auskunft zu geben; über Cellarius ſ. Nr. 187, Note 3. Sein oben angezeigtes Judicium iſt ſchon in Luther günſtigem Sinne.

Nr. 382. (1520.)

Auguſtinus Alveld an Luther.

Erſter Druck: Pia collatio. F. Au- | GVSTINI ALVELDIANI AD R. P. | DOCTOREM MARTINVM LV- | DERVM SVPER BIBLIA NO | VA ALVEL-

Digitized by Google

DENSIS. || Dartzu, was Auguſtinus auff das ßo der Diſcipel | Martini der Mēmen leychtfertiges tzugeſchrie- | ben, geantwurt hat. || Pſal. XVij. | Perſequar inimicos meos .... inſurgētes in me ſubtus me, Deus meus (5 Zeilen). — 2 Bg., letzte Seite leer, in 4. — s. l. et a. (Leipzig 1520.) Der Brief bildet den Eingang zu dieſer Schrift.

F. Augustinus Alveldianus Fratri Martino Ludero S.

Jam pridem reversus, mi Martine, non sine admiratione novam contumeliarum cantilenam, quam bucca lenocerica[1] *tu perflasti offendens, gratias habeo et tibi et labori et titulo: insignia omnia, nihil non turpe. Et titulo puerilem animum ludis tuum, qui est: Biblia nova Alveldensis*[2]*. En nomini meo et laudem et gloriam auges nolis velis, te turpitudinis faece perlito. Priusquam in rem Bibliae novae Alveldensis pergamus, fer patienter, mi Ludere, paulisper te conveniam. Cur, inquam, tot ex tuo cacula spiras mendacia? Num tibi nil libet quam mentiri? Quamobrem fatere obsecro, cor, vox, discipulus, calamusque tuus nihil absque mendacio, conviciis, contumeliis, vituperiis resonant? Velim mihi pandas, cujus id institutionis sit? Christin'? docuit Christus contumelias ferre, non inferre. ‚Orate, inquit*[3]*, pro persecutoribus et calumniantibus vos, iisque benefacite, qui vos oderunt'. Pauli, vis sentiam, ceterorumque sit apostolorum? Nequaquam, apostolica Acta*[4] *clamant: ‚Ibant apostoli gaudentes a conspectu concilii, quia*[5] *digni habiti sunt pro nomine Jesu contumeliam pati'. Cujus tamen, flagito, refer? Nunquid in Augustino, Ambrosio, Hieronymo id hausisti? Non spero. Tua, quam Deo vovisti, regula id forsitan consulit? Absit, necesse est dicas. Quo pectore miror haec mendacia, haec stulta vituperia, neniae hae improbarum mulierculariarum emanent? An ex tuo inquam, mi Ludere? Si non e pectore scatent tuo, ut quid refertum iis discipulum foves? Neque supra magistrum discipulus, sat sibi similitudo est*[5]*. Nunquam legisti*[6]*: ‚Opprobrium nequam in homine mendacium et in ore in-*

Digitized by Google

disciplinatorum assidue erit; potior[b] *est fur, quam assiduitas viri mendacis, perditionem autem ambo haereditabunt?' Et rursum*[7]*: ‚Est correptio mendax in ira contumeliosi, et est judicium, quod non probatur esse bonum, et est tacens et ipse prudens.' Tui causa, mi Ludere, ingemisco. Si quae rarissima fiunt, monstra putanda sint, magis monstrum, fateor, Lonicerus absque nugis quam partus mulae*[8]*. Tuus Lonicerus juravit, opinor, ne quid inferret praeter nugas stilo; tu, Ludere, permultum sua sumpsisti causa laborem. Cave, ne impensas frustra ministres! Nemo tam auri, quam ipse nugarum cupidus, et noctes et dies studet vituperiis contumeliarum carmina, quibus fratrem christianum afficiat, perdulcia sibi. Tu doctor (an doctus nescio, tibi relinquo) non decet te ob id fovere illum. Maculam nutris in gloriam tuam. Atqui mendacio defensum iri te reris. Hujus rei causa tanti Lonicerum tuum facis, quanti alium neminem. Hui turpissima re tuitionem mercaris. Scis, tanti fies apud homines, quanti virtutem facies, non pluris. Tuus is cacula instar simeae* [sic] *turpitudinis tibi syrma nugis infigit suis: aut corripe eum, aut cave ex me tibi persuasum sit, id genus mancipii non nisi compescitur virgis. At tu nimio complexum amore Lonicerum linquere inquis nescio. Quid, inquam, ego insumpsi malagma e floribus diversis confectum frustra? Tui causa Malagma meum; Lonicerus grammatista est, ineruditus theologiae prorsus, neque logicam sapit: sat sibi olera, non meo Malagmate optimo utatur is diacon, nisi asseras eum baptisatum sacerdotem more Picardico. Te sanatum iri meo Malagmate volui, Ludere; tu siquidem mihi oluisti non bene in Lonicero isto, et nunc in nova Biblia oles foetore horrido, quae non tam puerili quam fatuo congesta stilo est, qua me contumeliose afficis. Non franget me opprobriorum cantilena tua. Ne igitur tantis conviciis arguar tuis, ut ingratus, perfectione evangelica consulente refundam. Pius Samaritanus sauciato et vinum et oleum*

Digitized by Google

infudit[9], *cujus exemplo nec te, mi Ludere, deseram ego. Suscipe ob id syrupum porrectum sinpulo* [sic]; *ne horreas, potio licet amara sit. Quicquid tamen veneni vel hauseris vel conceperis, spero, evomes ilico. Tametsi responsione plus quam indigna sint omnia, quae in nova Biblia digessisti, pauca nihilominus ex iis perstringam, non propter te, verum propter simplices, quos pessime tuo fallis foetore. Is igitur erit ordo: foetor Luderanus et syrupus Alveldianus se mutuo insequuntur.*

[Es folgen nun 6 Stellen aus Lonicers Buch unter der Ueberschrift: Foetor Luderanus ex stilo Lonicerico, welche mit dem Syrupus Alveldianus widerlegt werden sollen; und Alveld schließt dann:]

Reliqua omnia Novae Bibliae turpia sunt et mendacia inhonesta et scandalosa, non solum responsione, verum et lectione, indigna. Eya nunc, Alveldensis, laetare, ne timeas, sta ut miles strenuus! En quatuor ventorum rabies impugnavere tractatum tuum de potestate summi Pontificis[10], *nec praevaluerunt, quia fundatus super firmam petram Christum IHSVH. Et ob id, mi Ludere, tractatui meo palinodiam cantabis, nolis velis. Det Deus tibi recte sapere, si optas. Vale.*

[a] Dr.: quā. — [b] Dr.: pocio.

[1] Wortspiel für Lonicerica. — [2] Außer der Nr. 302, Note 11 erwähnten Schrift hatte Lonicer eine weitere unter obigem Titel gegen Alv.'s Malagma (Nr. 308, Note 7) herausgegeben. — [3] Matth. 5, 44. — [4] 5, 41. — [5] Matth. 10, 24 f. — [6] Jes. Sir. 20, 26 f. — [7] Jes. Sir. 19, 28. — [8] vgl. Erasm. adag.: Cum mula peperit. — [9] Luc. 10, 34. — [10] vgl. Nr. 328, Note 2.

Nr. 383. (1520.)

Euricius Cordus[1] an Luther

Wir geben dieses Epigramm nach d[illegible] ricii Cordi, Simesusii, Hessi, Opera Poeti[illegible] tar[illegible] antehac ab auctore, nunc vero postqu[illegible] de derata fuere, denuo luci data curâ H[illegible] [illegible]XIV; daselb

Digitized by Google

Ad Martinum Lutherum.

Chare mihi in Christo Jesu super omnia frater,
Imo verende magis relligione Pater.
Quam gemo, quam doleo, tua quam discrimina plango,
Et quas mille subis pro pietate vices.
Heu quotus e coecis serpens prosibilat antris,
Tristeque vibranti virus ab ore vomit,
Quanta tibi diram meditatur factio mortem,
Quam multus passim te crocodilus hiat.
Et potes hos coelo fidens contemnere victus?
Virtutis specimen grande profecto tuae.
O vere fortis super omnem miles Achillem.
Firmet in haec auspex te modo bella Deus.
In te jacta sator non perdit semina Christus,
Quanto luxurians foenore surgit ager.
Lividus hanc segetem zizania judicat error?
Hei mihi quam demens regnat ubique furor!

[1] Euricius (d. i. Heinrich) Cordus, geb. 1486 zu Simtshausen in Hessen, hervorragender Humanist und Arzt, dabei Vorkämpfer der Reformation, lebte als Lehrer in Erfurt bis 1523, dann bis 1527 als Arzt in Braunschweig, von 1527—1534 Professor und Arzt zu Marburg, zuletzt als Lehrer und Arzt nach Bremen berufen, wo er schon 24. Decb. 1535 starb. Vgl. über ihn bes. Krause, Eur. Cord. 1863; Nachträgliches in desselben Briefwechsel Mutians. 1885. passim. Ueber das nachfolgende Epigramm s. dessen Eur. Cord. S. 62.

Nr. 384. (1520.)

Euricius Cordus an Luther.

Gedruckt in der Nr. 383 angef. Sammlung, lb. III, p. 248.

Ad Martinum Lutherum de Capro.[1]

Vix nova jam Christi florescere vinea coepit,
Lataque diffuso palmite vitis erat.
Et prope conciderant rodentes germina bruchi,
Quisquis et intactas hactenus edit opes.
Cum de, nescio quo grege, cujus nescio caulae,
Improbus insultat frondea culta Caper.
Pestiferoque salax consauciat omnia dente,
Et necat afflatu proxima quaeque suo.

Digitized by Google

Sedule jam properans tua pastina vinitor effer;
Quoque potes dirum robore perde pecus.
In duram cornuta licet se bestia frontem
Tollat, et elato te pede forte petat.
Se tamen en nulla mancam suffragine fulcit,
Qua se sustineat, conspice, parte caret.
Forsitan adjutos aliis admoverit ictus,
Firma tibi, postquam te tueare, petra est.

[1] Emser. — Vgl. über dieses Epigramm Krause l. l. S. 61.

Nr. 385. (1520 oder spätestens Anfang 1521)[1].

Luther an Bugenhagen.

Original: 1. auf dem Titelblatt eines der Wolgastischen Kirchenbibliothek gehörigen Exemplars der Epistola Lutheriana ad Leonem Decimum (vgl. Nr. 394); — Drucke: 2. Mohnike, Luthers Lebensende, S. XXX (nach 1., der dazu bemerkt, der Name, der unter dem Briefchen gestanden, sei weggeschnitten, die Uebereinstimmung der Schriftzüge mit Luthers Handschrift sei aber unverkennbar); 3. de Wette-Seidemann VI, 20. — Wir geben den Text nach 3.

D. Joanni Bugenhagen.

Scripsisti, ut modum vivendi tibi scriberem. Vere christianus non indiget praeceptis morum; fidei enim spiritus ducit eum ad omnia, quae Deus vult et fraterna exigit charitas. Haec itaque lege. Non omnes credunt evangelio. Fides sentitur in corde.

[1] Bugenhagen wurde 29. April 1520 in Wittenberg inscribiert. — Es scheint uns zweifelhaft, ob der Brief von Luther ist.

Digitized by Google

1521.

Nr. 386. (Anfang 1521.)

Johannes A.[1] an Luther.

Ermahnt Luthern, in mäßigerem Tone zu ſchreiben.

Erſter Druck: ADHORTATORIA E | piſtola ad Martinum Luther, | ut ceſſet maledictis bonos | perſequi, & Eccleſiam | Dei turbare. || I A M — (3 Bg. in 4. m. Titeleinf.; s. l. et a.) Fehlt bei Panzer, Annal.

Martino Luthero Joannes A., theologus theologo, sacerdos sacerdoti, christianus christianum et Christi se praedicanti salutem optat et resipiscere.

Charitas fraterna, universum hominum genus amore complectens, exposcit, D. D. Martine eruditissime, ut eos admoneamus, qui nobiscum communicare voluerint fide et charitate. Haec ipsa me ad tibi scribendum compulit, ut tibi significarem et aperirem mentem erga te meam, et quae tu non ignoras, monstrarem; sed quia non satis est scire et docere salubria, nisi et ea quispiam faciat, quae docet, nam mala docentis vita plus quandoque corrumpit, quam aedificat, si ipsa non verbis respondeat et praedicationi, praesertim apud imperitum vulgus; hinc ait Gregorius[2]*: ‚Cujus vita despicitur, restat, ut ejus praedicatio contemnatur', et culpa est doctori, cum culpa redarguit ipsum. Qui igitur male operatur, non audet alium increpare peccantem. Restat ergo, ut qui bona docuerit, et faciat, a malisque abstineat; in quo nobis sumendus est Christus pro exemplo, qui coepit facere et docere, Actu. 1,1, prius fecit, postea docuit, quo instituimur, et nos debere facere, quae*

Digitized by Google

doceamus, et turpia fugere. Unde dicitur[3]*: ‚Declina a malo et fac bonum.' Si et tu haec faceres et a malo caveres, te salvum et bonum dicerem et haud illaudabilem. Vel forte vis Christum vera dixisse, qui ait: ‚Omnia, quaecunque dixerint vobis, facite, secundum opera eorum nolite facere', Matth. 23,3. Non velis, rogo, aegre ferre molestoque animo suscipere, si minimus et ignarus ad te scribat et instruere vel monere velit, cum et B. Augustinus*[4] *a puero discere vellet et non erubesceret, esset enim superbiae non parvum indicium, non velle audire et edoceri etiam a contemptissimo et abjectissimo, et percipere ab eo, quae bona et vera diceret; humilitatis quoque est alios auscultare. Et quantum quisque magnus est, eruditioneque et doctrina floreat, eo plus se submittere debet, ut Sapiens*[5] *hortatur, aliosque audire increpantes et pie monentes, et humaniter adhortantes etiam idiotas; ‚audiens enim sapiens sapientior erit', Proverb. 1,5. Et ‚qui diligit disciplinam, diligit scientiam; qui autem odit increpationes, insipiens est', Proverb. 12,1. Et rursum: ‚Argue sapientem, et diliget te; da sapienti occasionem, et addetur ei sapientia; doce justum, et festinabit accipere', Proverb. 9,8.9. Perversus autem et malus et superbus et arrogans non accipit verba disciplinae, unde*[a] *‚qui illusor est bonae doctrinae, non audit, cum arguitur', sed ‚qui acquiescit arguenti, glorificabitur', Proverb. 13,18. Sed ‚pestilens non amat eum, qui se corripit, nec ad sapientes graditur', Proverb. 15,12. Et nonnunquam parva datur sapientia erudiendi et intelligendi, unde dicit Christus*[6]*: ‚Abscondisti haec a sapientibus et prudentibus, et revelasti ea parvulis'. Et quandoque melius rem norunt simplices, quam astuti et callidi; ‚simplicitas enim justorum dirigit eos, supplantatio perversorum vastabit eos', Proverb. 11,3. Non ego te, ut sus Minervam, docere propono, sed ut olitor, qui aliquando est opportuna locutus; nec agam tecum doctoribus illis, quos tu facile negares, scolasticos dico, sed Scriptura, quam negare non audes, quam*

Digitized by Google

etsi optime noveris, vel calleas, tamen[b] *quae nosti ut facias, moneo et hortor ex charitate, qua te et omnes christianos prosequor. Animi autem perturbatio et affectio interdum non patiuntur ea facere, quae scimus et novimus faciunda, etiam pugnam maximam inter spiritum et carnem non repellimus, animus namque commotus atque perturbatus a vero et justo quam longe aberrare consuevit carne motrice et carnifice, et concupiscentia incitante. Quo fit, ut rationis lumine orbato vel obnubilato a sedeque sua moto, quisquam in praecipitia et devia ruat et rectitudine abscedat necesse est. Id quod Paulum apostolum non latuit, qui ait ad Rom. 7,15: ‚Non quod volo bonum, hoc ago, sed quod odio malum, illud facio'; et infra*[7]*: ‚Velle adjacet mihi, perficere autem bonum non invenio'; et paulo post*[8]*: ‚Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae et captivantem me in lege peccati, quae est in membris meis'. Et qui seipsum vincere noverit et poterit, ille rex est et imperator laudibusque extollendus et fortis reputandus. Hinc dicitur: ‚Melior est patiens viro forti et qui dominatur animo suo, expugnatore urbium', Proverb. 14*[9]*. Quamobrem, si carni consentire voluerimus affectionibusque et perturbationibus animi obtemperare, in prava opera cademus, a quibus nemo liberari poterit nisi Dei gratia. Infoelices ergo sumus, quamdiu in carne vixerimus et non serviemus legi Dei. Hoc sentiens Tharsensis* [sic] *exclamat*[10]*: ‚Infoelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus!' Et sicut equus effrenis et indomitus impetu et ferocitate fertur in praeceps, ita mens perturbata, quae non regitur a rationis lumine et derelinquitur a Deo, multa mala operatur.*

Sed ut rem incipiam, velim, scias nobis esse praeceptum, vel omnibus christifidelibus, quod et optime nosti, quod diligamus Deum et proximum; ad quod praeceptum hortamur persaepe a Christo, et evangelistae nos docent, et praesertim beatus Joannes saepenumero et apostoli Petrus et Paulus et Jacobus in suis

Digitized by Google

epistolis, quod, si unum vere dilexeris, et alterum, nam Dei sine proximi dilectione et viceversa persistere nequit, et qui hoc praeceptum servabit, omnia custodit et facit, ‚plenitudo enim legis est dilectio', ad Rom. 13,10. et ‚dilectio proximi malum non operatur', et ‚qui diligit proximum, legem adimplebit'. [11] *Etsi hoc praeceptum, ut credo, noveris, tamen adimplere minime videris; nam si diligeres proximum, non odires. Qui autem diligit, bona de dilecto narrat, vel si mala novit, abscondit; qui vero odit, mala et vitia dicit, criminatur et maledicit et calumniatur. Ita tu facis, qui inauditis calumniis homines afficis, etiam sapientes, quae adversa sunt charitati, quae non patitur odia, dissensiones, calumniationes, sycophantias, laedorias, impatientiam, invidiam, rixam et discordiam, sed ‚qui meditatur discordias, diligit rixas, et qui exaltat os suum* [12]*, quaerit ruinam', Proverb. 17,19. ‚Charitas etiamnum patiens est, inquit Tharsensis 1 Cor. 14,4-7, benigna est, non aemulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non quaerit quae sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati, omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet' etc. Hanc charitatem habere non videris, mi Martine, cum inveheris in homines, etiam summates et maximos, et eos pessimis aggrederis maledictis, quae profecto adversa sunt charitati. Modestiorem, graviorem et maturiorem christianum in tuis scriptis et verbis ostendere deberes, dum sis vir religiosus et theologus et Deo dicatus, qui in latibulo plus delitescere deberet, vel in cella manere et contemplari coelestia, quam imprudenter evagari per omnium ora, quaerendo vanam gloriam. Et ‚qui putat se religiosum esse, non refrenans linguam suam, hujus vana est religio', inquit B. Jacobus* [13]*. Dein oblitus es obedientiae, quam voveris, si penes te es, virtutem praeclaram, quam ‚mens justi meditatur', Proverb. 15,28, in qua una virtute pendent omnia Dei praecepta et mandata, nam qui Deo obediens fuerit et hominibus, legem Dei*

Digitized by Google

adimplesse cognoscitur. Haec obedientia, ut dicitur 1. Reg. 15,22, ‚melior est quam victimae'; et multa alia de hac virtute dicuntur in sacris literis, quae si ignorares, tibi aperirem abunde. Et quia scio te nosse, non est opus, ut scribatur; loca solum ostendam, ad quae currendum est, et hoc ideo, quia omnia scripta cujuscunque vilipendis, si inermia et sine pondere Scripturae sacrae exierint, taceo Scolasticos, quos omnino floccifacis. Non te praeterit in his legisse, nos obedire Deo et hominibus, et plus illi, quam his, ut habetur Actu. 5,29. Et ut alios multos omittam, lege apostolum Paulum ad Ephes. 6 et ad Hebr. 13, ad Rom. 13, et B. Petrum 1 Petr. 2, ex quibus ipsis copiose lectites, quod obedire necessario debeamus hominibus, quia Dei sunt ministri, quibus debita reddere eosque venerari, colere et observare et revereri debeamus, ut per longum ipsi deducunt. At tu hanc egregiam virtutem aspernaris, et ut alii eam contemnant facis, et quantum est in te, conaris omnes christianos trahere in errorem hunc, ut odiamus Papam nostrum superiorem, cum tuis scriptis eum acerrime laedis, nihilifacis et laceras. Et cui tu obedis, nescio, nisi velis dicere, quod Deo obedias et huic servias, devotus ei, quod optimum esse censerem, sed forte tu sufficere putas. Quod quam verum sit, ex literis supramemoratis patet, quae volunt, quod hominibus obediamus, etiam malis, quamvis id ego sentio, qui Deo vere obedit, hominibus quoque obedit, id quod te facere non existimo. Non enim Papae obedis, qui supremus est pontifex et ecclesiae christianae et catholicae post Christum summum caput; quod, si hoc negare velles, multis tibi probarem, sed ad alia festino agenda. Proinde nisi mihi ostendas tuum praelatum et superiorem in terris, sine quo nemo unquam fuit, judicari poteris esse filius Belial, id est, absque jugo, quoniam praeceptis et mandatis Papae, vel licitis non obedis, et sine freno et moderamine Dei, et hominum mandata transilis, omniaque agere videris ex ‚ira et furore, quae utraque execrabilia sunt', Eccl. 27,33. Etsi ex-

Digitized by Google

pugnaveris ipsum Papam, putabis te posse vincere omnes alios, vel Jovem posse expellere de coelo, sicut Gigantes conati sunt, ut est in fabulis, sed icti fulmine perierunt; et qua fronte et audacia ita inveheris in summum Pontificem, non possum non mirari tuam temeritatem, quem Antechristum [sic] *vocas et aliis multis probrosis et ignominiosis verbis eum afficis, et manifestas omnibus, quae sunt contra charitatem. Et quis auditu unquam ethnicus in ethnicum, ribaldus vel scurra in alium, tanta furia debachatus est, quam ille monachus et religiosus in christianos, et sacerdos in sacerdotem et pes in caput? Licetne sic revereri et vituperare nostros praefectos? Quis legit unquam quippiam inimicitius, injustius, invisius, odiosius aut seditiosius? Et profecto totus videris esse natus ad maledicendum. Ego scribendi genus aculeatum semper execratus sum, non ignorans, quod maxima gigneret odia et disceptationes, et quid, putas, homines sentient etiam sapientes, audientes criminationes tuas et aliorum in te? Sua cuique fama chara est et quilibet defendit suam pro viribus. ‚Melius enim est nomen bonum, quam divitiae multae, super argentum et aurum gratia bona', Proverb. 22,1. Charitatis fuisset, si ipse deliquisset, ut inter teipsum solum corripuisses primum, ut docet te Christus, Matth. 18,15. An tibi magis credendum sit, quam aliis, ignoro; tu vituperas Papam et famam ejus denigras, quem caeteri laudant etiam plurimum. Dicis forte: hoc faciunt sui adulatores; non certe hoc immo doctissimi et sapientes, qui eum ab ineunte aetate noverunt, quem dicunt mansuetum, justum, pium, humanum et benignum, doctum et prudentem, optimum et sanctissimum. Et ut alios praeteream, refero Roterodamum illum Erasmum. Si saltem eum audire volueris, quem doctissimum et eloquentissimum nostra tempestate esse censeo, qui scribens ad Leonem decimum, Papam nostrum sanctissimum, in editione Novi Testamenti[14] dicit eum ornatum claris virtutibus et factis, et nihil esse, quod eum tam superis gratiae et mortalibus com-*

Digitized by Google

mendet efficacius, quam quod summo studio parique sapientia illud potissimum agat ac moliatur, ut indies in melius provehatur christiana pietas'. Si hunc auctorem optimum et locupletissimum respueris, facile alios aspernaberis. Tu vero dicis eum pravum, antichristum, indoctum, oves non pascentem. Si hoc, quod dicis, esset, non laudarem eum; sed magis credo laudanti Erasmo, quam tibi vituperanti praesumptuoso et petulanti. Sec ‚summa petit livor, perflant altissima venti' [15], sed Deum timentes nihil timent calumniae. Etsi talis esset ille optimus papa noster Leo, quem tu dicis, facis et describis, non tam temere in vulgus suam infirmitatem et vitia prodere deberes. Nam ‚qui ambulat fraudulenter, revelat arcana; qui autem fidelis est[c], celat amici commissum', Proverb. 11,13. Et ‚qui celat delictum, quaerit amicitias; qui altero sermone repetit, separat[d] foederatos,' Proverb. 17,9. Et insipiens defectum amici despicit, prudens vero celabit. [16] *Charitas quoque non aperit aliorum vitia cum scandalo et contumelia, sed celat ea; unde B. Petrus* [17]*: ‚Ante omnia, inquit, mutuam in vobismet ipsis charitatem continuam habentes, quia charitas operit multitudinem peccatorum'. Tu itaque crimina, si qua fuissent, et dicis[e] in summum Pontificem, cum animi moderatione et absque contumelia ipsi insinuare debuisses, ut ab his abstinuisset, monens, ne offenderet christianos. Tu vero non absque contumelia omnibus patefecisti. Sed ‚qui profert contumeliam, insipiens est', Proverb. 10,18, et ut dicitur Eccl. 10,8: ‚Regnum a gente[f] in gentem transfertur propter injustitias et injurias et contumelias et diversos dolos', sed ‚qui suavis est, vivit in moderationibus, et in suis monitionibus relinquit contumeliam' [18], Proverb. 12,11. ‚Odium quoque suscitat rixas, et universa delicta operit charitas,' Proverb. 10,12. Contra haec omnia agis apertissime, quoniam non mansuete arguis, si saltem ad te spectat, ut tu forte putas, corrigendi superiores potestas tam insolenter, nec memineris illius: ‚Responsio mollis frangit iram, sermo*

Digitized by Google

durus suscitat furorem, et lingua sapientum ornat scientiam, os fatuorum ebullit stultitiam', et ‚omnes stulti miscentur contumeliis', Proverb. 20,3. Et ‚homo apostata, vir inutilis, graditur ore perverso, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, pravo corde machinatur malum, et omni tempore jurgia seminat', Proverb. 6,12-14. Nescio, quae furia te instigavit ad tanta immania, procacia et petulantia et temeraria proferenda et scribenda. Etsi scurra in scurram sic ageret[g], satis leviter et impudenter ageretur et hoc vitio daretur.

Nec hoc solum facis contra Papam, sed alios egregie doctos aspernaris. Fortissimum autem arrogantiae et superbiae est argumentum alios contemnere et optimos despicere et seipsum caeteris praeferre. ‚Superbus autem et arrogans, inquit Sapiens[20], vocatur indoctus, qui in ira operatur superbiam'. Scribis enim, unum te esse pro mille; quae magna est praesumptio. Scolasticos quoque nihil esse dicis vel vilipendis eos, qui maximo cum labore, et credo salubrius et aedificantius de fide scripserunt et contenderunt, quam tu, quos tu contemnis et vituperas, et te meliorem omnibus ducis, ut ex scriptis tuis intueri licet. Etsi aliquando erraverint, homines enim fuerunt, non angeli, concedendum esset vel parcendum eorum erroribus, cum non contra fidem fuerunt, et pie opinati sunt, qui si novissent, non pertinaciter his restitissent, ut tu tuis. Papam denique et Eckium, Silvestrum, Aveldensem [sic], *Emserum et alios nihil scire clamitas eosque laceras et vituperas, alios dicis mendaces, nugacissimos, abnegatores fidei, rationis expertes, haereticos perfusos haereticissima pravitate; alios fures, raptores, antichristos, bullares asinos, et multis inauditis conviciis et laedoriis in eos debacharis. Nec hos solum, sed et sanctos doctores, B. Thomam et alios, praeter decorum et irreverenter tractas et inhumaniter, et eorum scripta sugillas et parvipendis, omnia insuper vitia, opprobria et calumnias in eos conjicis[h]. Et si multa scires et nosceres, nullum omitteres. Quae ex*

Digitized by Google

charitate profiscisci nemo credit, nisi insanus esset. Etiam qui tibi favent et adhaerent, abhorrent a tuis scurrilibus et vilibus et puerilibus, theologo indignis et a bono viro rixis istis. Displicent et haec tua scripta amarulenta doctis et sapientibus quamplurimisque, et tua scripta corrumpunt, et profecto hujusmodi virulentis disceptationibus et conflictationibus perit simul fructus bonorum studiorum et laudabilium, et tranquillitas et pax humanae et christianae vitae. Quamvis nonnullum fructum habent etiam humanae conflictationes, quoniam ingenium acuunt et altius repetere cogunt et contemplari, si citra rabiem consistant, et ‚vexatio dat intellectum'[21], et si alios corripere velles, quod christianum esset et bonum et salutiferum, meminisse deberes, quod fraterna correctio ex charitate procedit, non nocendi vel confundendi cupiditate, sed fratrem emendandi voluntate, et, ut suadet Gerson[22], ‚omittenda[l] est, dum probabiliter apparet, quod fieret vel frustra vel in deteriorationem corrigendi', non tamen omittatur, si sit in scandalum[k] populi, ne dicturus sit: ‚vae mihi, qui tacui'[23], et ‚maledictus, qui prohibet gladium suum a sanguine'[24], et Ezech.[25]: ‚Si non annunciaveris ei, sanguinem ejus de manu tua requiram'. Subditus autem si vult corrigere superiorem, hoc faciat cum mansuetudine et modestia summaque animi moderatione, et objurgatio contumelia vacet. Et si in his, quae fidei sunt, erret, publice peccare faciens populum, publice est arguendus, sicut Paulus Petrum. Unde si Papa praedicaret errorem coram populo, surgendum esset, et ei coram populo contradicendum; sic Paulus Petro in faciem restitit[26]. Et haec fiant non contumelia et conviciis, ut tu facis. Benigna enim debet esse objurgatio, quae medicina esse debet aegrotationis, unde ‚et absynthium stomacho interdum datum et mel quoque interdum vulneribus adjectum obest; hoc castigationis genus, ut scribit Paulus Cortesius[27], cum ex charitate dimanet, latissime patere volumus. Nam homines et majores et minores gentium objurgandi sunt, idque etiam quando-

Digitized by Google

que facinorosis nephariisque hominibus licere dicimus, modo id clementiore objurgatione fiat, nec verendum sit, ut medendo bilis excitetur. Itaque in desinendi modo suaves castigationes tanquam bellaria ex saccharo apponantur, ut ori suavitas resideat'. Haec ille theologus eloquentissimus. Si tu sic ageres, laudandus esses; sed nulla modestia uteris, sed solum conviciis, calumniis, sycophantiis[l] et laedoriis plurimis in tuis correctionibus, vel scriptis et responsionibus, ne dicam criminationibus, que te levem et contemtum[m] reddunt. Neque poteris pati, si modicum ulcerosum pectus et tumidum tangitur, sed te tanquam furiosum ostendis in respondendo et multum affectum. Quod quam theologum deceat, nemo non novit. Siquidem dicis alios asinos imprudentissimos, stultos, nihil scire, mendacissimos archimendaces, nescis, esse scriptum[28]: ‚qui dicit ad fratrem: stulte! vel fatue! reus erit judicii'? Vocas alios haereticos perversos et id genus multa, per quod impatientiae culparis, cum tanto furore et impetu et insania erumpis et ruis in maledictionem et criminationem; ‚impatiens autem sustinebit damnum', Proverb. 19,19; et ‚vir iracundus provocat rixas; qui patiens est, mitigat suscitatas', Proverb. 15,18; et ‚qui patiens est, multa gubernatur sapientia[n]; qui autem impatiens est, exaltat justitiam[o] suam', Proverb. 14,29; et ‚fatuus statim indicat iram suam; qui dissimulat injuriam, callidus est', Proverb. 12,16. Sic tu, quam primum modicum contra te scribitur, tumescis, pallescis et iracundia incandescis[p] et nihil convicii omittis, quemadmodum in proxima responsione in Eckium[29] fecisti; quicunque ille sit, tu mendacissimum et nequissimum vocitas, hoc autem est odium tuum et simultas antiqua in eum. Ubi est charitas christiana, qua eum et omnes prosequi deberes, et inimicos diligere, et benedicere maledicenti? Sed oblivisceris verborum Christi[30], quando affectiones te vincunt, et facile homines judicas, cum scriptum sit[31]: ‚Nolite judicare, ne judicabimini', et alias dicitur: ‚Ante judicium para justitiam tibi', Eccl. 18,18, et ‚in quo judicas alterum,

Digitized by Google

te ipsum condemnas', ad Rom. 2,1. Scribis etiam ad Romanum Pontificem, quem tu in multis calumniaris: Si Eckius, inquis[32]*, non fuisset, tua vitia et facinora non ita publicata essent. Es tu constitutus a scurris et histrionibus, ut ea, si qua sunt, manifestes vitia? Audite omnes viri christiani nominis, quam vehementer conatur homines provocare, irritare et charitatis vinculum rumpere et odiosos se invicem reddere, discordiasque, seditiones et rixas disseminare, quod diabolicum est figmentum et machinatio; ‚detestatur autem Dominus eum, qui seminat inter fratres discordias', Proverb. 6,16.19. His tuis scriptis maledicis, mihi crede, et manifestis multi offenduntur et scandalizantur, et jam tui quidam, verentes te amplius tueri ab adversariis propter maledicentiam. ‚Vae autem homini, per quem fit scandalum', Matth. 18,7. Majorem gravitatem de te sperassent, et praecipue docti et eruditi offenduntur, quod tantum disturbium et incendium paras. Jndocti vero, et qui putant se doctos, cum eloquentiam vel dicacitatem noverint, quae tanquam gladius est in manu furentis sine sapientia, illi te tutantur, digladiantur, contendunt et pugnant vehementissime pro te, qui etiam te non in omnibus intelligunt. Emittunt et alii libellos famosos, detestabiles et execrabiles, qui nihil aliud faciunt, quam quod charitatem et amorem christianum dissolvere curant, quem christiani mutuo habere debeant. Hinc veniunt irae, rixae inter eos et odia ferventissima. Et plus tui te defendunt, quam Christum: nam si tibi maledicitur, impatientes gladio te defendere laborant, et a verbis criminosis, quae ex tuis scriptis suxerunt; sed si Christus blasphematur, silent et tacent omnes, nemo lapidem tollit et gladium, ut Christi nomen defendat. Accedit et assentitur tibi vulgus et plebs stulta et ignobilis, quae tibi dat victoriam et palmam, extollentes te usque ad coelum, cum scribis quod ipsis placet, et quod audeas contra summates et optimates te erigere, et maximos scribere et dicere, et ‚in coelum os tuum ponere'*[33]*, per quod tibi gloriam aucupari*

Digitized by Google

conaris, quae perdita est et nulla et inanis, cum non in Deum et in bonum finem ordinatur; cum Dei, et non nostram, in omni re quaerere debemus gloriam, ut sacrae literae[84] *te docent, si gustus tuus sacrae Scripturae et intelligentiae non vitiatus esset et corruptus maledicentia et lingua perversa. ‚Omnia, hortatur apostolus*[85]*, in gloriam Dei facite'. Si ita tam aspere et contumeliose invectus esses in Nobiles et militares et Equites, etiam laicos carpendo eorum facinora et crimina, quibus pleni sunt, qui quandoque gravibus exactionibus opprimunt pauperes Christi, sicut fecisti contra ecclesiasticos et sacerdotes, Dei famulos, nescio, an adhuc spirares. Hinc oritur odium perpetuum et discordia inter clerum et laicum, quod tu exsuscitas, et incendium, quod nunquam extinguetur. Quare cum tu contra Christi famulos et sacerdotes tumescis et debacharis et effervescis, multos fautores et defensores habes et habiturus es, quos Dei servos, si diligeres, non criminareris, etsi in aliquo peccarent et delinquerent, cum mansuetudine et moderatione argueres, nec in eos tam maledicis verbis invehereris, quae cum charitate nullum habent consortium, et apostolus Paulus hortatur, ut cum benignitate et clementia arguamus peccatores, cum ait ad Galat. 6,1: ‚Si praeoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui spirituales estis, homini instruite in spiritu lenitatis, considerans te ipsum, ne et tu tenteris'; et Christus docet: ‚Discite, inquit, a me, quia mitis sum et humilis corde', Matth. 11,29; et Paulus 2. ad Timoth. 2,24-26: ‚Servum Domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes, patientem, cum modestia corripientem eos, qui resistunt veritati, ne, quando det illis Deus poenitentiam ad cognoscendam veritatem, et resipiscant a diaboli laqueis, a quo captivi tenentur ad ipsius voluntatem'; et ad Ephes. 4,2: ‚Cum omni humilitate et mansuetudine, cum patientia supportantes invicem charitatem'. Malus vero aliter facit, ‚homoque perversus, ut dicitur Proverb. 16 -- suscitat lites, et verbosus separat principes';*

Digitized by Google

et ‚honor est homini, qui separat se a contentionibus'; Proverb. 20,3. Et Eccl. 28,10 inquit Sapiens: ‚Abstine te a lite, et minues peccata'. Et cum homo sit animal natura mansuetum, non tam truculentum et atrocem et ferocem ostendere deberes, et ut docet Paulus[36], homo benignus ‚corripit cum modestia' et clementia et animi placabilitate absque contumelia. Cum autem omnes nos peccamus vel quottidie, ‚non est enim homo, qui non peccet', 3. Reg. 8,46 et 2. Paralip. 6,36; et Eccl. 7,21 dicitur: ‚Non est homo justus in terra, qui faciat bonum et non peccet'; et B. Joannes 1. ejusdem 1,8: ‚Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus et veritas in nobis non est'; cum itaque peccatores omnes nos fatemur (et quis ab hoc grege separatur, et in coelum collocemus), decet, cum christiana modestia proximos arguamus, ut objurgatio ex charitate proficisci videatur; tu profecto absque omni temperantia animi impudentissime scribis in homines et supremos. Quae tua est vesania et furor, ut et te increpem invitus (et si christianus es, audies), ut maledicentissima pravitate carpis viros egregios et eruditos, et semper habes aliquem, apud quem evomes virus acerbitatis tuae? Esne oblitus, quod scribitur: ‚Neque maledici regnum Dei possidebunt'? 1. Cor. 6,9, et ad Rom. 12,14: ‚Benedicite persequentibus vos, et nolite maledicere', neque maledicendum esse nostris superioribus ostenditur Exod. 22,28, cum dicitur: ‚Diis non detrahes, et principi populi tui non maledices'. Tu vero maledicis Papae superiori et viris excellenter doctis, et te praestantes, etsi pessimi essent, nihilominus habent coercendi et puniendi malos potestatem; et Deus quandoque ‚regnare facit hypocritam propter peccata populi', Job 34,30. Lege, quaeso, libros Regum, et vide, quot invenies reges Juda et Israel, qui boni fuerunt et fecerunt, quod placitum erat coram Deo: profecto paucos invenies a Roboam rege Juda usque in finem regni, et pauciores bonos reges Israhel a Hieroboam, ‚qui peccare fecit Israel peccatum maximum'[37] usque

Digitized by Google

ad finem regni Israel, quos tamen Dominus elegerit, et per[q] *prophetas suos unxerit in reges. Omitto primum regem Saul, unctum per Samuelem prophetam, quem tandem Dominus abjecit et sprevit. Proinde dantur mali quandoque principes ‚ad vindictam malorum, ad laudem vero bonorum.'*[38] *Quare si et nostri superiores pravi sunt, quos ego non culpo nec arguo, quoniam nulla vitia alia de eis nosco, quam quae tu patefacis imprudenter, nec decet theologum, quem profiteris, maturum et sapientem et gravem, ita ineptire et instar muliercularum, scurrarum, histrionum, lenonum, nebulonum et vilium personarum conrixari, qui de lana caprina*[39] *vehementer quandoque contendere consueverunt. Hac una re te levissimum praestas et inconstantem et impatientissimum, qui alios laceras et calumniaris, et tu nihil horum pati volueris, sed semper pari convicio, vel asperiori respondes. Ubi est Paulus tuus? qui scribit ad Ephes. 5,3.4: ‚Fornicatio autem et omnis immunditia, aut avaritia nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos, aut turpitudo aut stultiloquium aut scurrilitas, quae ad rem non*[r] *pertinet, sed magis gratiarum actio.' Velim, et hujus Christi memineris: ‚Benedicite persequentibus vos, benedicite et nolite maledicere',*[40] *q[uasi] d[icat]: patimini etiam, si mala de vobis homines loquantur propter nomen meum, et nolite recriminari et remordere; et ‚qui pie volunt in Christo vivere, inquit apostolus 2. Tim. 3,12, persecutionem patientur'; et ‚beati, qui persecutionem patiuntur propter justitiam', Matth. 5,10. Hujus beatitudinis participem te non vis facere, cum minimum, quod in te rejicitur, pati nolis, qui de numero illorum judicaris, de quibus ait apostolus 2. Tim. 3,1-5: ‚Hoc autem scito, quod in novissimis diebus instabunt tempora periculosa, et erunt homines seipsos*[s] *amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus inobedientes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace, criminatores, incontinentes, immites, sine benignitate, proditores, protervi, tumidi, voluptatum amatores magis quam Dei, habentes speciem*

Digitized by Google

quidem pietatis, virtutem ejus abnegantes, et hos devita', inquit Paulus. Neque ab his discedis, quorum mores faciunt, ut sanctissimum studium theologicum apud eos male audiat, cum apicem et fastigium hujus professionis assecuti feruciores sunt idiotis, ambitiosiores et magis irritabiles, lingua virulentiores ac prorsus ad omnem vitae consuetudinem incommodiores, non modo quam sint imperiti, sed quam ipsi soleant esse, ut tales ab ipsa theologia redditi, quibusdam videantur. Admonuit etiam B. Jacobus in epistola sua cap. 3,13-15, ut qui veram sapientiam sit assecutus, eam praestet ac declaret non supercilio aut disputandi pertinacia, sed probitate morum ac mansuetudine, porro scientiam, quae amarulentam habet aemulationem, quae pertinacem contentionem negat e supernis proficisci, sed terrenam, animalem ac daemoniacam vocat. Nam sapientia, vere theologica, ‚primum, inquit[41], pudica est, deinde modesta, pacifica, tractabilis, plena misericordia et fructibus bonis, nescia dijudicationis, nescia simulationis'. Et ‚doctrina bona dabit gratiam', Proverb. 13,15. Praeterea si tuae invectiones et increpationes ex corde christiano procederent, concedendum esset tibi, quod argueres ex charitate; proximus enim est admonendus, et cuilibet mandavit Dominus de proximo. Sed objurgatio, ut saepe dico, contumelia careat. Tu vero calumniose et turpiter reprehendis, vel non increpas (ut oportet), sed conviciaris potius et contumelia homines afficis. Sed ‚ubi est superbia, ibi contumelia; ubi humilitas, ibi sapientia erit', Proverb. 11,2; et ‚inter superbos sunt jurgia semper', Proverb. 11,[42]; et ‚semper jurgia quaerit malus, angelus autem crudelis mittetur contra eum', Proverb. 17,11. Caveas itaque, moneo, a contumelia et conviciis; ‚Dominus enim humiliabit calumniatorem', Ps. 71 (72,4). Vel si es propheta aut videns, a Deo missus, non dico pseudoprophetam, ut veritatem mortalibus ostendas, sicut antiquitus prophetae missi a Domino fecerunt, qui ex ore Dei hominibus impiis, recedentibus a lege Dei, mala et

Digitized by Google

adversa et flagella Dei praedixerunt, justis vero, legem et praecepta Dei servantibus, bona et prospera dixerunt, ipsis eventura; si es vir Dei a Deo missus, dicas nobis, ut in te credamus et tua omnia probemus tibique adhaereamus; vel si ex revelatione Dei accepisti, quae hominibus praedicas et scribis, nos doceas, et contra te nihil loquemur nec quicquam scribemus. Sique hoc sciremus, majore te veneratione coleremus tanquam Dei servum, a Deo missum. Sed si hoc, quod petimus, non fuerit monstratum, faciemus, quod decorum est et quod in lege scriptum invenimus. Scriptum[43] *quoque est: ‚non omni spiritui credas, sed qui a Deo sunt probati'. Nec semper vera dixerunt prophetae, unde dicitur: ‚Ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum ejus', 3. Reg. ultim.,*[22]*. Ita et tibi credere non possumus, cum tanta jurgia, sycophantiae*[t]*, laedoriae, criminationes et diffamationes, contentiones, litigia, te autore, exeunt, et ‚qui cito credit, levis est corde'*[44]*, neque melior est caeteris etiam idiotis et illiteratis, qui multa novit, legit, scribit, et praedicat, si male operatur. ‚Scientia enim inflat, charitas autem aedificat', 1. Cor. 8,*[1]*. Et ‚melior est (inquit Sapiens, Eccl. 14) homo, qui minuitur sapientia et deficiens sensu in timore, quam qui abundat sensu et transgreditur legem altissimi'.*[45] *Scientia itaque carens charitate multa alia agit et perpetrat; sic homines inflati et tumidi caeteros calumniantur, criminantur, lancinant et afficiunt variis molestiis et vexationibus, quos cum audio, doleo propter eos, quod dissentiunt longe a vero amore et christiano, retrahuntque*[u] *a studio coepto optimo. De his loquitur B. Ambrosius in explanatione epistolae Pauli ad Thi.* [sic][46]*: ‚Discrepantes, inquit, a disciplina catholica spernendos*[v] *praecipit apostolus, maxime qui convicti et correpti*[w] *adquiescere nolunt perturbatione mentis pravae, qui contentionibus delectantur et pascuntur. Elatus enim vinci se non patitur, quippe cum ad favorem quaerendum in conflictum prorumpit*[x]*, quod a mansuetis et bonis viris vitandum est. Con-*

Digitized by Google

tentio enim nunquam est sine lite, et parum esset, si lis sola oriretur, sed blasphemiae et inimicitiae, quod a Dei servis alienum est. Ab his autem, qui corrupti mente, veritate privati sunt, utile judicatur; Dei enim culturam et pietatem quaestum existimant, non de futuro aliquid sperantes, sed quomodo se in praesentia[y] transigant providentes, sic[z] et mundanae sectae, quas constat propter praesentia lucra inventas; non nescii quosdam hoc libenter audire, quod in hac vita florendum sit; ideoque desistendum ab hujuscemodi'. Haec Ambrosius. Quantos igitur errores et malitiam et impietatem inferunt docti mali et perversi, quis explicare valet? qui aliquando perverse Scripturam intelligunt eo, quod malo et elato animo sunt et tumido spiritu inflantur. Quare Gerson[47] ille doctissimus comparando doctores ad invicem in expositione sacrae Scripturae ait: ‚In expositione partium suarum requisivit ipsa, et requirit homines[a] praeditos ingenio, secundo exercitatos studio, tertio humiles in judicio, quarto immunes ab affectato vitio[b], quoniam ex opposito[c] falsus intellectus Scripturae suboriri posse[d], ut si sit homo hebetis ingenii, si iners et neglecti[e] studii, si superbi et arrogantis judicii, si denique fuerit infectus et depravatus ex affectu alicujus vitii, quoniam excaecat[f] tales malitia eorum', ‚et illi[g], qui habent has conditiones superiores bonas, praeferendi sunt non habentibus; similiter habentes revelationes non habentibus[h], et dona gratis data possidentes non possidentibus ea, caeteris paribus'. Haec Gerson. In quibus tu excellis, nescio. Sed si gratiae dona a Deo acceptas, lauda Deum datorem gloriamque ei tribuas et honorem, non per hoc alios contemnas. ‚In expositione quoque sanctarum Scripturarum veritatem debemus sequi, non contentionem', ut scribit D. Hieronymus super Esaiam.[48] ‚Non te extollas in cogitatione animae tuae velut thaurus [sic], *ne forte elidatur virtus tua per stultitiam et folia tua comedat et fructus tuos perdat, et relinquaris velut lignum aridum in heremo', Eccl. 6, 2. Nec*

Digitized by Google

putas te omnia melius et rectius quam caeteri intelligere, hoc enim praesumptionis esset et arrogantiae, quae longe fugiendae sunt tanquam pestes perniciosae. Nosti divisiones gratiarum, alia[1] *autem hoc, alteri aliud ‚datur ab uno et eodem spiritu, dividens singulis prout vult'* [49]*. Sinas, et qui ante te longe fuerunt aliquid fuisse, nec ‚tuae solius prudentiae innitaris'*[k]*, ut et docet Sapiens, Proverb. 3,*[5]*. Nec tibi ipsi soli sapies, nam ‚qui sibi soli sapit, inquit Cicero*[50]*, nec quicquam sapit'; et Paulus*[51]*: ‚Qui se existimat aliquid esse vel scire, cum nihil sit, ipse se deducit'. ‚Vae, inquit propheta*[52]*, qui sapientes estis in oculis vestris et coram vobismetipsis prudentes'; cui subscribit apostolus*[53]*: ‚Nolite, inquit, esse prudentes apud vosmetipsos'; nec ‚te solum hominem putas et tecum mori sapientiam, et mihi est cor (inquit Job ad suos) sicut et vobis, nec inferior vestri sum, Job 12,*[2-3]*, neque putas, quae nosti, alios ignorare', saltem doctos. Si existimaveris te hominem esse et errare te posse putabis, cum sit ‚omnis homo mendax'* [54]*, quod si Deus esses, hoc non posses, Deus autem ‚mutat cor principum populi terrae, et decipit eos, ut frustra incedant per invium; palpabunt quasi in tenebris et non in luce, et errare eos faciet quasi ebrios', Job 12,*[24. 25]*, sic et tu in perturbationibus tuis errare potes et arrogare tibi, quae sunt supra te et quae ad te non pertinent, et proprium est arrogantium, recte quae sapiunt, recte ministrare non posse, nec humiliter inferre ea, quae docent, qui falsis vera miscent, ut citius eis credatur. Sic et ‚superbus et arrogans vocatur indoctus, inquit Sapiens*[55]*, qui in ira operatur superbiam'; sic et vanegloriosis accidit, cum se hominibus praeferunt, alios de fatuis sensibus, alios de indignis meritis reprehendunt, alios censent nihil scire, alios non bene vivere, et alios extra ecclesiam positos prava sentire, quos arguunt, et qui intus sunt, pro vitae contemptu despiciunt, et solum Christum se habere dicunt, et sub Christi nomine omnes pervertunt. Quos tangit Augustinus*[56]*, scribens in Psal. 10: ‚Qui commemo-*

Digitized by Google

rando et exaggerando, inquit, multorum in ecclesia peccata, quasi apud ipsos justi aut omnes aut plures sunt, ab unius ecclesiae verae matris uberibus nos avertere atque arripere moliuntur, affirmantes, quod apud ipsos sit Christus, et quasi pie studioseque admonentes, ut ad eos transeundo transmigremus ad Christum, quem se habere mentiuntur'. Haec Augustinus. Nonne modo de illis dici haec possunt, qui dicunt se Lutheranos, hoc est christianos, mira sua expositione interpretantes Lutherum pro Christo, qui se Christum habere dicunt, cum ab eo longe sunt. Christus enim non amat odia et mala, quae illi ostendunt per suas criminationes, qui Lutherum laudant egregie et vituperant alios doctores, excellenter doctos, indecenter, et in eorum scriptis praeter laudem Martini eorum, et vituperium et contumeliam aliorum eruditorum, nihil continetur, qui theologiae sunt infantissimi et nihilominus contendere volunt cum theologis, quos carpunt, conviciantur, quae omnia ex scola dimanant Lutheri, qui ad se traxit illos homines, et fascinavit tanquam mulier pulchra et adultera, quae mentes allicit. Per eam persaepe intelligitur haereticus, qui parvulos et laicos et imperitos et illiteratos ad se trahit illecebris (‚sedens in cathedra pestilentiae'[57]) praescripta sua et omnes vias, et qui illi applicabitur, descendet[1] ad inferos, et qui ab ea abscesserit, salvabitur, Proverb. 9,18. Et Proverb. 22,14: ‚Fovea profunda os alienae; cui iratus est Dominus, incidit in eam'. Non te haereticum voco, Luthere amicissime, sed sapientes et mei superiores, quos ut honorem et colam et observem, par esse censeo, relinquens eis judicium de te et aliis, vel potuis Deo, quos ego bene agere existimo tantisper, donec melius a doctioribus instituar et sane et recte sapientibus. Caeterum a multis judicaris laborare invidiae morbo, quae seipsum cruciat (‚putredo enim ossium est invidia', Proverb. 14,30). Nam qui alios criminatur, contemnit et aspernatur et floccifacit, suamque sententiam aliis praefert, quique solus sibi sapere videtur, alios audire nolens,

Digitized by Google

invidiae se noxium fecisse ab omnibus putabitur, qua nemini magis quam sibi ipsi nocet, quae a bona et recta voluntate semper discordat, et omnia bona, recta et justa pervertit, quaeque prospera et felicia et laetos hominum successus et bona gratiae in alio torvo vultu et animo perspicit et considerat, videndoque tabescit, quae non sinit hominem dormire, donec adversarium laeserit, donec ulciscitur, et ita hominis naturam inficit et animi impetu et furore, sine aliquo moderamine in alios ruat, maledictisque aggreditur. Haec rationis lumen extinguit, haec agitat solicita opprobria et omnia, quae ad maledicendum et obtrectandum sunt idonea, haec rationem obnubilat, cujus lumine qui privatus fuerit, nec quicquam recte intelligere et judicare poterit. Quo fit, ut homo hoc vitio inquinatus, per obscurissimas nebulas et tenebras caecutiens et incedens, nescit, unde egrediatur, quo vadat et quo perventurus sit. Iccirco si hoc vitio infectus fueris, ut a nonnullis vere putaris, resipiscas et amoveas id ab animo, alioquin nunquam quietus eris, nec a maledicentia abstinebis. Rogoque et obsecro, mi Martine charissime, ut quos molestaveris et offenderis tuis scriptis amarulentis, in quibus fortasse putas te recte fecisse, redeas cum ipsis in gratiam et reconcilieris, ut Christus te docet Matth. 5,24. Non enim odiosus et criminator felicem vitam agere poterit, cum diligere debeamus omnes christifideles, etiam inimicos. Tunc ostenderes te christianum et vacare invidia et felle amaritudinis, et habere charitatem, judicium quoque sapientibus relinquas, et non in omnibus te bene sentire existimas, si ab aliis doceris veritatem, nec in te solo sapientiam versari. Sis corrigibilis, et subjicias tuam sententiam et opinionem sacrosanctae et catholicae ecclesiae, Christi sponsae; a maledicentia quoque cessa et criminatione[m], quae theologum minime decent, quae non patiuntur amorem bonum et verum et sapientiam. ‚Homo enim assuetus in verbis improperii, in[n] diebus suis non erudietur', Eccl. 23,29. Maledicis autem omnibus in tuis scriptis, qui Bulla-

Digitized by Google

papali consenserint, ac si Bulla papae injusta esset et imprudens, quemadmodum tu scribis, in quo tibi non assentior, qui et tibi ipsi repugnas et adversaris: scripsisti enim in quodam tuorum libellorum[58], *non esse per salutem repugnandum et resistendum praeceptis papae; modo hujus oblitus condemnàs omnes, qui Bullae consenserint, quod est mandatum summi pontificis, in quo libenter faceres nos inobedientes. Nonne potest et debet nobis summus pontifex imperare et mandare, cui debemus magis quam tibi obedire, qui nullam in nos habes praecipiendi potestatem, quem pontificem magis audire debemus, quam te, qui potestatem habet corrigendi et emendandi, ligandi et solvendi, ut spiritus salvus fiat, quam potestatem accepit Petrus a Christo, cum ipse dixit*[59] *ad Petrum: ‚Tibi dabo claves regni coelorum'? Accepit, inquam, pro se et suis successoribus ad utilitatem totius ecclesiae. Quem audire debemus et caeteros Christi vicarios, ut Christus voluit, cum ait: ‚Qui vos audit, me audit, et qui vos spernit, me spernit', Lucae 10,16. Sed tu eum non audis, immo te excommunicantem excommunicas; an hujus habeas potestatem, alii judicent. In alio loco dicis, audiendum esse Papam, et benedicis, et ita repugnantia loqueris et tibi non constas. In multis, mihi crede, consultius egisses, si tacuisses, ne mendacii arguereris et ‚cultor perversorum dogmatum'*[60], *magisque sapiens putareris, quam si multa loquereris, non benigno animo, ‚nec Deus indiget mendacio, ut pro illo loquatur quis dolos, qui non decipitur ut homo fraudulentiis', Job 13,7.9. Non semper loquendum esse etiam sapientibus, ostenditur Proverb. 10,14, ubi dicitur: ‚Sapientes abscondunt scientiam, os stulti confusioni proximum est'; et ‚inconsideratus ad loquendum sentiet mala', Proverb. 13,3. Sed tu forte ex animi affectione loqueris et amore carnis, tum pellis et cutis tangitur tibi, impatiens stimuli, in rugam contraheris. Sis christianus et adversa toleranter patere. Nosti Christum multa perpessum, quem jubet imitari Petrus*[61], *et ipse Christus*[62], *ut tollamus crucem nostram et*

Digitized by Google

sequamur eum; et multa consolationis exempla habes in sacris literis, quae non ignoras. Neque placet, quod ultionem de adversariis cupis, cum scriptum[68] *sit:* 805
‚Mihi vindictam, ego retribuam'; et Deuter. 32,35: ‚Mea est ultio et ego retribuam in tempore, ut labatur pes eorum'; et Ps. 93(94,1): ‚Deus ultionum dominus'. Ulcisceris autem te, cum comburis Jus pontificium. Qua autoritate, ne dicam temeritate id facis, nescio. 810
Memini te scribere in quodam loco, illud non esse observandum, quod tu observas constanter: Vim vi repellere licet. Nonne tu retalliare vis tuis adversariis eadem violentia et pari poena eos afficere, et vim vi repellere, quod adversatur huic, quod scribitur 815
Proverb. 24,29: ‚Ne dicas, quomodo fecit mihi, sic faciam ei et reddam unicuique secundum opus suum'. Sed tu putas, nunc illud esse tenendum, quod Sampson fecit Philisteis, qui dixerat: ‚Sicut fecerunt mihi, ita feci eis', Judicum 15,11, quod tamen non adversatur 820
huic: vim vi repellere licet, quod dixisti non esse servandum, et sic modo aliter sentis, quam antehac, vel vita tua non respondet dictis tuis, et sic vis legem talionis observare, ‚dentem pro dente, pedem pro pede, animam pro anima'[64]*, cui tamen refragatur illud* 825
Christi: ‚Audistis, quia dictum est antiquis: oculum pro oculo, dentem pro dente; ego autem dico vobis non resistere malo', Matth. 5,38. Et assentitur Paulus, qui scribens ad Rom. 12,17 ait: ‚Nulli malum pro malo reddentes'; a quo non discrepat illud: ‚Ne dicas: 830
reddam malum pro malo, expecta Dominum et liberabit te', Proverb. 20,22; et Ps. 7,5 dicitur: ‚Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam merito ab inimicis meis inanis'; ‚non quaeras ultionem', dicitur Levit. 19,18. Nam ‚qui vindicari vult, a Domino inveniet° 835
vindictam, et peccata illius servans servabit', Eccl. 28,1. Tu vero te vindicare vis, rependendo parem vicem, et concremando jura, qui et tuos combusserunt libros. Quid meruerunt libri, qui ante multa tempora a sapientissimis sunt editi, et roboro
doctioribus, quod tu comburere c

Digitized by Google

par pari referre, ubi manebit illud tui Christi, quem profiteris et nos, dicentis[65]*: ‚Tollenti tunicam mitte ei et pallium, et percutienti te in unam praebe ei et aliam maxillam, et quicunque angariaverit te mille passus, vade cum illo et alia duo'; quae non consilia, sed praecepta esse scribis*[66]*. Haec tamen tu non attendis, sed parem vicem referre studes, et gratiam, sed ne unguem quidem abscindere pateris, vel crinem aut pilum evellere. Mordentes remordes, recriminaris criminatores, calumniaris sycophantis, et semper parem vicissitudinem referre satagis, qui et molestantes et vexantes te et perturbantes summa afficis contumelia. Ubi est animus tuus christianus vel Lutheranus? Lutheranus enim idem est, quod christianus, si admittere volumus interpretationem aliquorum. Christianus non ultionem de hostibus petere debet, sed persecutiones propter Christum patienti animo sustinere. Velim, memineris, quod Dominus loquitur: ‚Audistis, inquit*[67]*, quia dictum est: diliges proximum tuum et odio habebis inimicum'. Sed et hoc ultimum forte tenere volueris, sed audi quod sequitur: ‚Ego autem dico vobis: diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos, et orate pro persequentibus et calumniantibus vos, ut sitis filii patris vestri, qui in coelis est'. Si calumniari, criminari, vilipendere, conviciari et maledicere est orare pro persequentibus, tu optime et efficaciter oras. Nemo, quos adhuc legi, ita maledicit et criminatur alios, sicut tu. Dicis forte: mihi similiter fit! Bona et christiana responsio, sed impatientis. Dixi prius, non esse ulciscendum ab adversariis, sed patienter tollerandum. Recurre ad Christum, qui praecepit, persequentes amare et malo non resistere, ut modo dictum est. Nonne paterne agit Papa, qui suos subditos, quos monet ut pater bonus, quandoque reprehendit rebelles et errantes revocat, ne a praeceptis Dei devient? Si et sic te corripit, accipiendum esse judico, ut cesses a maledicentia. Hinc dicit Sapiens: ‚Ejice derisorem et exibit cum eo jurgium, cessabuntque causae et contu-*

Digitized by Google

meliae', Proverb. 22,10. Nescio postremo, quis tibi hanc tribuerit potestatem, ut cum summus pontifex justis causis et meritis, ut credo, excommunicat, ‚ut spiritus salvus fiat'[68]*, rursus tu eum reexcommunicas. Si sic liceret reexcommunicare, nullus unquam in christiana republica emendari et corrigi posset. Nam si me episcopus meus propter crimen aliquid vel delictum excommunicaret, tunc et ego eum reexcommunicarem, et tunc res plana esset, et impunis ego evaderem et nulli debitor existerem, Deo gratias! Sed hoc nullum esse arbitror, nec quicquam pensi habere, cum et superiores potestatem excommunicandi habent, et non inferiores. Nonne papa, ut supremus omni in ecclesia, habet excommunicandi potestatem propter enormia opprobria et injurias, quibus eum afficis? sicut et quilibet episcopus hoc facere potest in suos subditos rebelles, contumaces, inobedientes, maledicos, blasphemos et detrectatores. Et qua re alia magis facinorosi et nefarii plectantur, quam hoc mucrone, et nisi petulantia et malitia hominum coerceantur et sub virga teneantur homines, actum est de christiana republica. Nonne et apostolus ‚tradidit hominem sathanae in interitu carnis propter fornicationem, ut spiritus salvus esset in die Domini nostri Jesu Christi'? 1. Cor. 5,5. Scribis insuper in quodam loco*[69]*, excommunicationem non esse timendam, sed amandam; quare tu non audis, quod scribis: esse amandam? Nam si quis aliquid amat, non aspernatur, non contemnit, non abjicit, non floccifacit quod dicit esse amandum. Tu autem vilipendis Bullam maximi pontificis, contra quam acriter scribis, et nomen ejus diffamas, et detrahis contra illud, quod scriptum est: ‚Diis non detrahes'*[70]*, et ‚detrectatores Deo sunt odibiles, et contumeliosi', ad Rom. 1,30. ‚Remove (monet Sapiens) a te os pravum, detrahentia labia procul sint*[p] *a te', Proverb. 4,23. Non decet (ut alias hortatur Paulus*[71]*) servum Dei esse litigiosum, contentiosum et elatum, sed pacificum et mansuetum esse. Velim et memineris hujus*[72]*: ‚Quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris'* Vol si motus

Digitized by Google

fueris et lacessitus ab adversariis injuria, cum modestia et mansuetudine respondeas absque jurgiis et conviciis, sicut hactenus consuevisti, quod religioso est imputandum et homini docto. ‚Doctrina autem viri per patientiam noscitur', Proverb. 19,11. Vel contemnas, non reddens malum pro malo, ut supra monui, vel ignoscas imprudenter peccantibus; unde dicitur: ‚Relinque proximo tuo nocenti te, et tunc deprecanti tibi peccata solventur', Eccl. 28,2; et illud[73]*: ‚Dimitte nobis debita nostra, sicut nos dimittimus debitoribus nostris'. Palinodiam itaque cantes, et pacem cum omnibus habeas, nec te defendas, sed locum da irae (ut Paulus suadet ad Rom. 12,19). Salvator beatos dicit pacificos*[74]*, non seditiosos, factiosos, maledicos, discordiam et lolium et zizaniam*[q] *seminantes. Hinc Sapiens ait: ‚Dolus in corde cogitantium*[r] *mala; qui pacis ineunt consilia, sequitur eos gaudium', Proverb. 12,20. Et sicut vis, ut alii te audiant, audies et tu alios tibi praedicantes. Monuissent te jampridem alii, sed deterriti tuis criminationibus et morsibus, quos timent, a coepto destiterunt, admoniti dicto Sapientis: ‚Cum iracundo non facies rixam, et cum audace non eas in desertum, quoniam quasi nihil est ante illum sanguis, et ubi non est adjutorium, elidet te', Eccl. 8,19; et ‚non litiges cum homine linguato'*[75] *et rixoso, et ‚cum pessimis', Proverb. 24,19; et ‚qui arguit impium, sibi maculam generat, et noli arguere, ne oderit te'*[76]*. Tu vero contra hominem non contendere deberes frustra, cum tibi nihil male fecerit. Ego (cui nomen est discordiae inimicus) rixas, contentiones, discordias semper detestatus sum et execratus et maledixi. Vellem te aliquando resipiscere et abstinere a calumniis. Christianam et piam correctionem tibi concedo, vel non debes ab ea cessare, sed temperares, velim, a contumelia, quae te pravum, vilem, contemptibilem reddit. Sunt et tuorum aliqui, qui magnis titulis (quod citra invidiam dico) te ornant, et scribunt contra theologos acerrime, putantes eos, cum non sunt eloquentes vel oratores, nihil esse vel*

Digitized by Google

scire, cum tamen eloquentia non requiratur ad theologiam, et quandoque homines affectantes verba elegantia in veritate falluntur et a sensu vero deviant, nec intelligunt, quae legunt, quod multis usu venit. Legatur Biblia, omnium scriptorum excellentissima, quo stilo et elegantia et verborum splendore scripta sit. Illi isti tui poetae in suis libellis summis te extollunt laudibus, vituperant autem theologos eruditissimos, etsi laudem, quam de te praedicant, ademeris, et calumnias, quibus alios feriunt et lacerant, nihil manebit amplius, et finis conviciis semper clauditur, nihil sapientiae[s] et modestiae remanet. Si sapientiae[t] essent amatores, illis rixis fatuis et stultis non gauderent, sed pace, ad quam te hortari deberent. Si non habebis, mi Martine, alios defensores, quam poetas hos, qui dedolandi arte et maledicendi gloriantur ‚exultantque in rebus pessimis'[77], non bene tecum agitur. Ipsi enim sacrarum literarum sunt expertes, eloquentia vel loquacitate perditi, qui acuunt linguas suas, ut serpentis, et ‚venenum aspidum in labiis eorum'[78], et ex fructibus eorum cognosces eos, hoc est, ex arte malignandi et maledicendi, quam a te et diabolo praeceptore eorum didicerunt.

Haec ego inter occupationes, Martine eruditissime, exaravi; volo et credas haec profecta esse ab animo non maligno et pravo. Si hanc epistolam objurgatricem putaveris, accipe benigno animo et me, si erravero, corripias et in meliora[u] emendas: id quod mihi gratissimum erit. Et si, quae monuerim, in te esse cognoscas, resipiscas et satis hominibus offensis facias, et reconcilieris, gratumque aliis ostendas, qui et tibi veritatem dicere ausint. Si nemo contra te ageret, putares omnia a te recte fieri. Si autem adversarios habebis, patiens probaberis, et leviter feres et patienter jacula et tela aliorum. Si bonus es, mitis et mansuetus et Christi discipulus, aequo et grato animo, quae scribo, non est mihi dubium, accipies. Sin autem servus fueris diaboli, sentiam, certo scio, sagittas tuas et tuorum acutissimas et acerbissimas in me; sed

Digitized by Google

ignosces mihi tandem, credo, si evangelium audies, si veniam a te petam, quod et modo facio, si te plus justo molestavero scriptis meis ineruditis et ineptis, quae tamen bono animo scripsi. Vellem quoque eo animo mihi, si vis, responderes, vel acrius, si quo erravero, corripueris, absque tamen contumelia. Tunc te amicum sentirem, quoniam amicorum proprium est monere et moneri. Sed quod tam multa scripta adduxerim, non feci, ut ea ignorares, sed quod nihil admittis ad stomachum tuum, nisi quod sacrae Scripturae condiantur eloquio. Nec alia tua scripta sugillo, carpo vel condemno, sapientibus relinquo judicium de his, vel potius Deo, quamvis multa sunt, quae mihi displiceant; sed unum judicium nullum, hominum quoque judicium fallax, solum Dei judicium justum, rectum, certum, verum, et ‚abyssus multa' [79]*, et credo, persaepe discrepans ab humanis judiciis, et quae bona homo judicat, apud Deum forte mala sunt. Ita amici Job putabant bene et juste reprehendisse Job, Dominus tamen ostendit, eos non recte egisse, quoniam non erant locuti rectum coram Deo, sicut Job, ut habetur Job 42,8. Ita si ego judicarem de tuis scriptis, falli possem; sed alia, quae scripsi et tibi objeci, ex literis tuis sumpsi. Vale et me ama, et ego te, ut alios, amore prosequar. Anno gratiae M.D.XXI.*

I. A. M. P. T. D. I.

[a] Dr.: uñ. [b] Dr.: tū, wohl Druckfehler für tñ. — [c] Vulg. † animi. — [d] Dr.: seperat. — [e] wohl zu lesen: si quae fuissent, ut dicis. — [f] Dr.: agente. — [g] Dr.: agaret. — [h] Dr.: cōuitijs. — [i] Dr.: emittenda. — [k] Dr.: scōdalum. — [l] Dr.: sicophōtijs. — [m] Dr.: contētum. — [n] Vulg. prudentia. — [o] Vulg.: stultitiam. — [p] Dr.: incōdescis. — [q] Dr. fehlt per. — [r] Dr. fehlt non. — [s] Dr.: seipsum. — [t] Dr.: Sycophōtię. — [u] ? Dr.: Retrahatqȝ. — [v] Dr.: spernandos. — [w] Ambr.: correcti. — [x] Ambr.: prorumpat. — [y] Ambr.: praesenti. — [z] Ambr.: sicut. — [a] Gers.: † primo. — [b] Gers.: † patet. — [c] Gers.: † alterius istorum quatuor, solet facillime. — [d] Gers. fehlt posse. — [e] Gers.: neglector. — [f] excaecat richtig, gegen Gers. opp.: exerceat. — [g] Gers.: † quos constat habere conditiones positas in praecedenti regula. — [h] Gers.: † eam. — [i] ſt. alia iſt wohl alteri zu leſen. — [k] Dr.: imitaris. — [l] Dr.: descendēt. — [m] Dr.: criminatiče. — [n] Vulg.: † omnibus. — [o] Dr.: inueniat. — [p] Dr.: sunt. — [q] Druck: çiçoniam. — [r] Dr.: cogitentium. — [s] Dr.: sapientis. — [t] Dr.: sapię. — [u] Dr.: mia.

[1] Wer der Verfaſſer dieſes Briefs iſt, obgleich er Z. 949 ſeinen Namen anzudeuten ſcheint, konnten wir nicht ermitteln; von den

Digitized by Google

bei Jöcher u. A. aufgeführten Schriftstellern will Keiner passen. Bloß als Vermuthung möchten wir es als möglich hinstellen, daß Johann Altensteig von Mindelheim, damals Professor zu Tübingen, der Verfasser sei, welcher 1519 ein Opusculum de amicitia schrieb. Daß Altensteig nicht zu den päpstlichen Eiferern gehörte, zeigt u. A. sein Commentar zu Bebel's Triumphus Veneris, besonders lb. III. Papa cum sacerdotibus; daß er andererseits mit Staupitz in Verbindung stand, ergibt sich aus seinem ex Mindelheim IV. Non. Octobr. 1517 an diesen gerichteten Widmungsbrief zu seinem Vocabularius Theologiae, Hagen. 1517, der freilich in späteren Ausgaben (z. B. Colon. 1619) weggelassen ist. — Die Abfassung des hier zum ersten Male mitgetheilten Schreibens fällt jedenfalls noch vor den Wormser Reichstag.

[2] Gregor. M. homil. 12. in Evang. Matth. 25, 1—13, §. 1. (in opp. ed. Migne, Patrol. T. 76, p. 1119.)

[3] Ps. 37, 27. — [4] vgl. Nr. 211, Note 27. — [5] Jes. Sir. 3, 20. — [6] Matth. 11, 25. — [7] Röm. 7, 18. — [8] Röm. 7, 23. — [9] vielmehr Spr. Sal. 16, 32. — [10] Röm. 7, 24. — [11] Röm. 13, 10. 8. — [12] Die Vulg. hat jetzt ostium für os suum. — [13] Jac. 1, 26. —

[14] Erasmus in der Basil. 1. Febr. 1516 datierten Widmungsepistel an Leo X. vor seiner Ausgabe des N. Ts. (opp. Lugd. Bat. VI, Bl. 1*b.) — [15] Ovid. remed. amoris v. 369. — [16] vgl. Spr. Sal. 11, 12. — [17] 1 Petri 4, 8.

[18] Dieser Vers lautet jetzt in der Vulg.: Qui suavis est in vini demorationibus, in suis munitionibus etc. — Er ist nicht in die luth. Uebersetzung aufgenommen. Hic versus deest in Hebraeo, sed eum habent Roman. et Graeca. (Cornelius a Lapide, comment. in S. Script. ad h. l., ed. Antwerp. 1635, T. 3, p. 288.) — [19] Spr. Sal. 15, 1 f. — [20] Spr. Sal. 21, 24. — [21] Jesaj. 28, 19. — [22] Gerson, de consolatione theologica, lb. III, prosa 3 (in opp. ed. Paris. 1606. T. III, p. 46). — [23] Jesaj. 6, 5. — [24] Jerem. 48, 10. — [25] Ezech. 3, 18. — [26] Gal. 2, 11.

[27] Paulus Cortesius, aus einer angesehenen dalmatinischen Familie stammend, geboren 1465 zu Rom, Protonotarius apostolicus unter Alexander VI. und Pius III., Bischof von Urbino, starb 1510. Die angef. Stelle steht in seinen libb. IV, in quibus divinitus complectitur omnia tum quae sunt apud Divos Augustinum, Hieronymum, Chrysostomum et hujus classis reliquos, tum quae D. Thomas, Magister sententiarum et ejus loci reliqui habent (gewöhnlich als Comment. in Lombardi sententias bezeichnet), und zwar in tert. Sent. dist. VII, de virtutibus theologicis, sub. fin., ed. Basil. 1540, p. 76.

[28] Matth. 5, 22. — [29] Er meint wohl die Schrift: Epistola super expurgatione Ecciana (opp. v. arg. IV, 47). — [30] Matth. 5, 44. — [31] Matth. 7, 1. — [32] Wohl kein wörtliches Citat; es scheint die Stelle in der Epist. ad Leonem X, opp. v. arg. IV,

Digitized by Google

216 gemeint. — [33] Pſ. 73, 9. — [34] Pſ. 115, 1. — [35] 1 Cor. 10, 31. — [36] 2 Tim. 2, 25. — [37] 2 Kön. 17, 21. — [38] 1 Petr. 2, 14. — [39] vgl. Horat. Epp. 1, 18, 15 u. Erasm. Adag. s. v. — [40] vielmehr Röm. 12, 14. — [41] Jac. 3, 17. — [42] vielmehr Spr. Sal. 13, 10. — [43] 1 Joh. 4, 1. — [44] Jeſ. Sir. 19, 4. — [45] vielmehr Jeſ. Sir. 19, 21. — [46] Ambrosius ad 1 Tim. 6, 4 sq. in Migne, Patrol. lat. T. 17, 481. — [47] Gerson, in Tract. contra haeresim de communione laicorum sub utraque specie (opp. ed. Paris. 1606, T. I, 522). — [48] Hieron. comment. in Isaiam lb. I ad 1, 20 (Migne, Patr. lat. T. 24, 56.) — [49] 1 Cor. 12, 11. — [50] Cicero epp. fam. lb. VII, 6, wo aber die Stelle heißt: Qui ipse sibi sapiens prodesse nequit, nequidquam sapit; vgl. Erasm. Adag. s. v. Nec quicquam sapit, qui sibi non sapit. — [51] Gal. 6, 3; vgl. 1 Cor. 8, 2. — [52] Jeſaj. 5, 21. — [53] Röm. 12, 1. — [54] Pſ. 116, 11. — [55] Spr. Sal. 21, 24. — [56] Augustin. enarrat. in Ps. 10, c. 1 (Migne, Patr. lat. T. 36, 131). — [57] Pſ. 1, 1. — [58] Von dem Papſtthum zu Rom, wider den Romaniſten zu Leipzig, Erl. 27, 136 (?). — [59] Matth. 16, 19. — [60] Hiob 13, 4. — [61] 1 Petr. 2, 21. — [62] Matth. 16, 24. — [63] Röm. 12, 19. — [64] 2 Moſ. 21, 23 f. — [65] Matth. 5, 39—41. — [66] Resolutt. disp. de virtute indulg., conclus. 69. (opp. v. arg. II, 279.) — [67] Matth. 5, 43 ff. — [68] 1 Cor. 5, 5. — [69] Sermon vom Bann, Erl. 27, 50; Sermo de virtute excomm., opp. v. arg. II, 309. — [70] 2 Moſ. 22, 28. — [71] 2 Tim. 2, 24. — [72] Tob. 4, 16. — [73] Matth. 6, 12. — [74] Matth. 5, 9. — [75] Jeſ. Sir. 8, 4. — [76] Spr. Sal. 9, 7 f. — [77] Spr. Sal. 2, 14. — [78] Pſ. 140, 4. — [79] Pſ. 36, 7.

Zähringen im Breisgau. **Nr. 387.** 6. Januar 1521.

Simon Heſſus [1] an Luther.

Eine ironiſche, den Epp. obsc. vir. verwandte Schrift; denn wie bei dieſen die Pointe darin beſteht, daß ſie die Dunkelmänner gerade ſo geſchrieben haben könnten, ſo gibt hier der Verfaſſer eine ſatiriſche Vertheidigung der kölniſchen und löwenſchen Verbrennung der lutheriſchen Bücher, wie ſie ein Anhänger dieſer Theologie wirklich geliefert haben könnte.

Erſte Ausgaben: 1. ARGVMENTVM LIBELLI. || [Blättchen] SIMON | HESSUS LVTHERO OSTEN|dit cauſſas, quare Lutherana opu-| ſcula à Coloniēſi-bus & Louanien | ſibus ſint combuſta. Jdipſum enim | petit Martinus in libello quodam, | ubi rationem reddit facti ſui. Nam | ob. xxx. articulos erroneos in | Papalibus libris inuentos | Ius Canonicum ſe in | flammas conie-| ciſſe ſcripſit. || Lege, & ridebis. — Auf der Titelrückſeite: Lector, non pigeat te ironias Hessi pellegere, habes, quo pulmonem exer-

Digitized by Google

ceas. Sic enim Hessus Curiam defendit, ut, si decem sint Hessi Romae propugnatores, brevi perire fame universam Curiam necessum sit. — s. l. et a. — 4¼ Bg. in 4. m. Titeleinf. (vgl. Panzer, Annal. IX, 128, no. 198). — 2. Argumentum libelli | Symon Hessus Luthero osten- | dit quare Lutheriana opuscula a Coloni | ensibus et Lovaniensib. sint cōbusta, Jdipm | em̄ petit Martinus in libello quo- | dam, ubi rationem reddit fa- | cti sui. Nam ob XXX. | articulos er- | roneos in Papalib. li- | bris inventos, Ius canoni- | cum se in flam̄as coniecisse scripsit. | Dialogus Simonis Hessi et | Martini Lutheri Wormaciae nuper | habitus, lectu nō injucundus. — 4°. (nach Hhlhorn, Urb. Rhegius S. 349, Note 7.)

Abdruck: 3. Luth. opp. lat. ed. Witteb. II, 126 (ungenau, auch nicht vollständig, und mit dem Datum 25. Decemb. 1520.)

Es erschienen auch deutsche Ueberſetzungen, ohne und mit dem Dialog, letzterer auch für ſich; vgl. Panzer, Annal. II, 1197 bis 1201; Böcking opp. Hutt. IV, 602; Weller, repert. typ. Nr. 1737. — Wir geben nach 1. nur den Briefform tragenden Anfang und das Ende dieſer Schrift.

Simon Hessus, Sacrosanctae Sedis Apostolicae Protonotarius[2], S. Pontificis familiaris[3], Domino Martino Luther Doctori Theologo S. D.

Pervenerunt in manus meas articuli ex jure Pontificio, quos nuper Wittenbergae publice condemnatos combussisti, atque in fronte libelli petis[4], ut tibi assignentur errores tui et ratio condemnationis; quasi S. Pontifex, cujus voluntas mihi pro ratione est, cuilibet rationem reddere debeat. Ego vero, ut humilis Romanae Curiae fautor, ex officio me facturum arbitror, si quam brevissime, quod item tu fecisti, in singulis tuis articulis ostendam, quare sint condemnati, ne fontem juris omnis, Romanum Pontificem, sine jure aut approbare aut damnare quicquam posthac existimes. Quid enim iniquum magis, quam sic sentire et loqui de eo, qui Christi vicarius in terris ligandi et solvendi pro nutu omnia plenissimam habet potestatem?

Sed ad tuos errores veniam! Audi igitur, Ma[illegible] justitiam Romani Pontificis et causas damnati

[Er verth[illegible] [illegible]ngegebenen Weiſe die 41, in ſeiner Assert 166 sqq.) angegriffe und ſchließt dan

Sic, L [illegible]b Hesso tv

Digitized by Google

Colonienses et Lovanienses cremarint libros tuos ob articulos quosdam praefatos. I jam et querere passim injuriam tibi factam et gloriare de victoria; jacta triumphos, antequam hostis devictus herbam porrexerit![5] *Putabas forte, neminem esse vel ingenio vel animo tantum, qui tuo exemplo causas referret combustorum articulorum. Quiesce igitur, Romam lauda, Pontificis potestatem tuere, et accipies quadringentos ducatos*[6]*, aut mille fortasse, viaticum minime poenitendum. Inepte agis, qui solus jam in orbe sapere cupis, theologis omnibus tacentibus et quieti suae probe consulentibus, tu unus tibi has tragoedias movisti.*

Sed jam verborum satis! Rationes nostrae si tibi elumbes et inefficaciores videbuntur aut principium petere, non protinus oblatra, nam in frequentissima caupona inter temulentos sedenti nihil aliud veniebat in mentem. Cum in secessum venero, collectis jam tum sensibus, quos compotationes Brisgoicae disperserant, robustiora afferam pro Curia ingeniosissima. Tu interim his contentus humeros ad pugnam parato, et vale. Ex Zeringen, pago Brisgaudiae, VI. Januarii anno MDXXI.

[1] Wer der Simon Heſſus geweſen, iſt ungewiß. Panzer a. a. O. Nr. 1197 vermuthet, „ob es vielleicht bloß ein erdichteter Name ſei", während Gervinus, Geſch. d. deutſch. Lit. II, 411 keinen Pſeudonymus darin zu erkennen ſcheint, Ranke, deutſche Geſch. ed. 1839, II, 97 Cordus für den Verfaſſer hält. Die Meiſten, wie Uhlhorn, Urb. Rheg. S. 349; Vierordt, bad. Rfgſch. S. 121; Hagen, Deutſchl. lit. u. rel. Verhältn. im Ref.-Zeitalter, II, 188; Ranke ſpäter in ed. 1873, II, 68; Weller, rep. typ. Nr. 1737 nehmen Urban Rhegius als den Verfaſſer an, und ſtützen ſich dabei auf ein angebliches eigenes Geſtändniß desſelben, da Ludw. Hetzer an Zwingli, Augsburg 14. Septb. 1525 ſchreibt (Zw. opp. VII, 407): Recordor sermonis Urbani Regii... Evenit enim ante annum, quum... Augustam veni, incidimus tunc forte fortuna in sermonem de libellulo quodam latinissime descripto, cui titulus, si bene lecta habeo: Apologia Simonis Hessi contra Ep. Roffensem etc. Ego arbitrabar Friburgi hunc esse natum. Urbanus autem subridens inquit: Ludovice ariolare, quis ipse Hessus sit? Ego: Non possum equidem, nisi quantum ex stylo conjiciens reor, me ipsum Friburgi novisse. Is vero impatiens (ut totus quantus quantus est cupidini auriculae hominum vivit), se sua frustrari laude:

Digitized by Google

En ait, ego Simon ille Hessus. Eo, si uspiam quicquam hoc sub nomine vulgatum offendes, nostri Martis tela esse scias. Ubi ubi sub fuco aut aliquid ago aut scribo, illud solitus sum adscribere nomen. Aber schon der Herausgeber der Briefe Zwingli's, Joh. Schultheß, bemerkt zu dieser Stelle: Verosimile videtur, Regium Hezero adolescenti, importuniori fortasse, aliquid per jocum imposuisse. — Daß jedoch Reg. nicht der Verfasser sein kann, ergibt sich aus der genauen Kenntniß der Wormser Vorgänge, welche der Verfasser des Dialogs hatte, und die Regius, da er nicht in Worms war, wohl nicht haben konnte. So läßt z. B. der Dialog Luthern sagen: „Hesse, es wird bald nu 4 Uhr, so bin ich bericht für die Versammlung der Herren dieser Welt" — (also gesprochen am 17. April); worauf Hessus antwortet: „Gehab dich wohl ... Nun, dieweil ich ditz mal nit mehr zu dir kommen kann, ich muß morgen eilens gen Freiburg reiten in das Brißgau, so bitt ich dich zuletzt" ꝛc. Ob diese Reise nach Freiburg, sowie der Ort, aus dem der Brief geschrieben, geschichtlich oder fingiert, müssen wir dahingestellt sein lassen. Jedenfalls aber war der Verfasser des Dialogs, also auch unsres Briefs, ein Mann, der auf dem Wormser Reichstag selbst anwesend war. Schließlich weist Böcking, opp. Hutt. IV, 602 auf einen 1517 am 2. Mai in Wittenberg inscribierten „Symon Hesse de Berlin Brandenburg. dioc." (vgl. Förstemann, alb. p. 66) hin, hinsichtlich dessen wir uns jedoch den Worten Böcking's anschließen: Videant alii, num forte idem ille Lutheri defensor fuerit. — Zu bemerken ist noch, daß die von Hetzer oben erwähnte Schrift im J. 1523 erschienen ist u. d. T.: Apologia Simonis Hessi adversus D. Roffensem, Episcopum Anglicanum, super concertatione ejus cum Ulrico Veleno, an Petrus fuerit Romae et quid de primatu Romani Pontificis sit censendum.

[2] Vierordt l. l. findet darin eine Anspielung auf des Regius früheren Lehrer und Freund Dr. Eck, der mit dem Titel eines päpstlichen Protonotars von seiner Reise nach Rom zurückgekehrt war.

[3] Ain schöner Dialogus u. Strafred von dem Schultheiß von Gaisdorf ꝛc. (vgl. Weller Nr. 1731; nach dem Wormser Reichstag geschrieben): „... wie es daselbs [zu Rom] zugang ..., weißt der Simon Heß wohl darvon zu sagen, wann er es dörft thun, und er nit des Bapst Diener wär."

[4] vgl. Luthers Assertio etc.; opp. v. arg. V, 157 sq., die freilich am 6. Jan. Hessus noch nicht kennen konnte.

[5] herbam porrigere i. e. se victum fateri; zur Erklärung s. Erasm. Adag. s. v. Herbam dare.

[6] Anspielung auf Eck; vgl. Nr. 310, Note 4.

Digitized by Google

Wittenberg. Nr. 388. 14. Januar 1521.

Luther an Staupitz in Salzburg.

Drucke: 1. Aurif. I, 298b; 2. de Wette I, 541. — Deutsch: Walch XV, Anh. XX. — Wir geben den Text nach 2.

Jhesus.

Salutem. Cum Augustae essemus, reverendissime Pater, inter caetera quae de hac mea causa tractabamus, dicebas ad me: memor esto, frater, te ista in nomine Domini nostri Jhesu Christi incepisse; quod verbum non a te, sed per te mihi dictum accepi, et memori valde mente repositum teneo.

Tuo itaque nunc te verbo isto peto: memor esto et tu, hoc te verbum ad me dixisse [1]. Hactenus lusum est in ista re, serius instat, et, sicut tu dixisti, nisi Deus hoc perficiat, impossibile est perfici: plane in manu Dei jam sunt ista patentissime[a], ut negare nemo queat. Quis hic consulit? quid cogitet homo? Tumultus egregie tumultuatur, ut nisi extremo die sedari mihi posse non videatur. Tantum est animi ex utraque parte.

Non est papatus sicut heri et nudius tertius: etiamsi excommunicet et exurat libellos, occidatque me ipsum, omnino aliquid portenti prae foribus est. Quam felix fuisset papa, si mediis bonis componendae pacis potius, quam vi et turbinibus perdendi Lutheri rem aggressus fuisset. Exussi libros papae et bullam, primum trepidus et orans, sed nunc laetior, quam ullo alio totius vitae meae facto; pestilentiores enim sunt, quam credebam.

Scribit in me vernacula Emser[2] Lipsiae, ductu furentis in me Ducis Georgii, qui in aula impiissime contra me agere proposuit, spirans minarum et caedis.

Vocatus fui a Caesare literis ad Principem datis; sed et hic recusavit, et ille mox aliis literis priores revocavit[3]. Quid futurum sit, Deus novit

Digitized by Google

Vicarius noster Wenceslaus[4] Nurmbergam ivit. Teschius est Grimmis, abiisse fertur; Deus servet eum. Apud nos florent omnia, sicut hactenus. Huttenus bullam postulavit salsissimis notis in papam, et varia in hanc rem meditatur.

Mea ter arserunt, Lovanii, Coloniae, Moguntiae, sed Moguntiae cum magno contemptu atque adeo periculo comburentium.[6] Thomas Murnar quoque in me scripsit furens[7]. Nam Barfotum illum asinum Lipsensem[8] nihil moror. Vale, mi Pater, pro verbo Dei ac me ora; ego fluctibus his rapior et volvor. Wittembergae, die Felicis 1521.

Martinus Lutherus, August.

[a] so nach der Vermuthung de W.'s in der Note; 1: potentissime.

[1] Ueber die Verhältnisse St.'s in Salzburg um diese Zeit, wie ihm eine förmliche Erklärung gegen Luthers Ketzerei abgefordert wurde, vgl. Kolde, Aug.congr. 330, und seinen Brief an Link v. 4. Jan. 1521, ib. S. 445.

[2] Wider das vnchristenliche buch Martini Luters Augustiners, an den Tewtschen Adel außgangen Vorlegung Hieronymi Emser An gemeyne Hochlobliche Teutsche Nation. — Am Schluß: Vollendet tzu Leyptzk am tag Fabiani vñ Sebastiani Martyrü (= 20. Januar) ... M.D.xxi. — 18 Bg. in 4. (Panzer, Annal. II, 1178). — Luther, dem die Druckbogen einzeln zukamen, antwortete zunächst mit der Schrift: An den Bock zu Leyptzick (Erl. 27, 200), noch ehe Emsers Schrift fertig war (vgl. ib. S. 204), die erst Anf. Febr. nach Wittenberg kam (CR. I, 281).

[3] vgl. Nr. 378, Note 3. — [4] Link.

[5] Mit Schmidt bei de W. III, Nachtr. apostolavit, d. i. in die Welt geschickt, zu lesen, liegt kein Grund vor. Freilich heißt postulare hier nicht, wie Walch übersetzt: verlangen, sondern: postulare in judicium, anklagen. — Ueber H.'s Schrift vgl. Nr. 373, Note 6; Aleander (Balan p. 33; Kalkoff S. 26): Hutteno satyro ha fatto un commento sopra la Bulla pieno di virulentia contra N. S. (vgl. Bal. p. 34.)

[6] vgl. Nr. 373, Note 13.

[7] vgl. Nr. 379. 380. — Murners Name wurde schon in seinem Streit mit Wimpheling über dessen Germania (1502) von seinen Gegnern und von Wimph. selbst in „Murnar" (Murr-Katze) verwandelt. Jetzt, in seinem Kampf gegen die Reformation wurde sein Name kaum je anders genannt. (Vgl. Nr. 380; s. Schmidt, hist. lit. de l'Alsace II, 211–242.) — [8] Alveld.

Digitized by Google

Wittenberg. Nr. 389. 14. Januar 1521.

Luther an Wenc. Link.

Drucke: 1. Aurif. I, 299b; 2. de Wette I, 546 (mit dem falſchen Datum 21. Jan.). — Deutſch: Walch XV, Anh. LXVI. — Wir geben den Text nach 2.

Jhesus.

Salutem. Ex Mersburg tuas literas, R. Pater, accepi. Quomodo autem potui scribere, cum nescirem, quo te raperet spiritus Dei? De eo, quod scripsisti, ut libello edito tester, me nihil contra principatum profanum scripsisse, miratus sum valde, cum in contrarium universa mea scripta vergant; sed quis omnium obstruat ora, cum mea legere nolint plurimi, una hac causa, quod audierint, non posse mea legi et reprehendi aut non credi. Quid hic faciam impudentibus?

Vocatus eram a Caesare, et nunc revocata est eadem vocatio. Emser in me scribit; occurram bestiae illi. Agit enim jussu Ducis Georgii sui furentis. De Teschio malum audivimus. Apud nos omnia, ut fuerunt. Ego meos centenarios aureorum[1] accepi, et Priorem[2] laetificavi in argento fortiusque in Domino.

Tu vale, et ora pro verbo, videns rem tumultuosissimo tumultu tumultuantem; forte haec est inundatio illa praedicta anno 24. futura[3]. Wittembergae. Te salutat Philippus. Die Felicis 1521.

T. Martinus Lutherus.

[1] vgl. Nr. 364, Z. 21. — [2] Helt.

[3] 1520 erſchien: Eyn warnung des Sündtfluſs oder erſchrockenliche waſſers des .xxiiij. iars auß naturlicher art des hymels zu beſorgen, mit ſampt außlegung der groſſen wunderzeychen zu Wien in Oſterreich am hymel erſchinen im .XX. iar. 6 Bl. 4. (Weller, rep. typ. Nr. 1662—4.). — Vgl. Kirchenpoſtille, Erl.[2] 10, 69; Charit. Pirkheimers Denkw. hrsg. v. Höfler, S. 3; Friedrich, Aſtrologie u. Reform. S. 109, n. 1; 126, n. 1. — Doch traten Andere gegen dieſe Weiſſagung auf, ſo Augustinus Niphus, philosophus Suessanus (derſelbe, welcher einerſeits die Unſterblichkeit der Seele gegen Pomponatius vertheidigte, vgl. Car-

Digitized by Google

riere, phil. Weltanſch. der Rfzt.[2] I, 74; andererſeits zu den ſotadiſchen Schriftſtellern gehört, vgl. Gräße, Literärgeſch. II, 3, 2. S. 728) mit ſeinem Buch: de falsa diluvii prognosticatione, quae ex conventu omnium Planetarum, qui in Piscibus continget Anno 1524. divulgata est libri III. (Augsb., Sigm. Grimm, Decemb. 1520; 7 Bg. 4.), worin er die Aſtrologie überhaupt verwirft.

Wittenberg. Nr. 390. 16. Januar 1521.

Luther an Spalatin in Worms.[1]

Vgl. zu dieſem Brief den deutſchen Auszug, welchen Spal. Ende Januar aus demſelben, ſowie aus dem Brief v. 21. Jan. für den Kurfürſten machte, Ztſchr. f. Kgſch. 11, 123.

Original: 1. anhalt. Geſ.-Arch.; — handſchriftlich: 2. Cod. Dessav. A. Nr. 86; 3. Cod. Jen. a. f. 108; — Drucke: 4. Aurif. I, 382b; 5. de Wette I, 543. — Deutſch: Walch XV, Anh. LXV. — Wir geben den Text nach 1 und die Varianten von 5.

Suo in Domino charissimo Georgio Spalatino, a sacris principalibus Saxoniae, viro bono.[a]

Salutem. Mitto Hutteni literas[2] ad me datas, cum Bulla aliisque ejusdem opusculis[3], mi Spalatine, et omnia quae vides, literas quoque Buceri[4], quarum unae mihi redditae sunt laesae, ut cernis, forte attritu quodam nuntiorum. Assertio mea latina[5] ad te missa prius aliquot quaternionibus, nunc tota venit cum supplemento. Tu ne judices eam asperam, vernacula erit planior et simplicior. Necesse fuit latinis stomachis aliquid interspargere salsamenti. Emser in me surrexit; Dominus consiliarius mihi esto[6].

Quid Huttenus petat, vides[7]. Nollem vi et caede pro evangelio certari; ita scripsi ad hominem[8]. Verbo victus est mundus[9], [b] servata est ecclesia, etiam verbo reparabitur; sed et Antichristus, ut sine manu coepit, ita sine manu conteretur per verbum. Mitto etiam epistolam meam ad Principem[10]. Cum dolore legi novissimas Caroli literas revocatorias prioris instituti: quid quaeso

Digitized by Google

illic spei esse potest, quum sic et sapiant et scribant? Fiat voluntas Domini.

Fui hodie visus Marchioni Brandenburgensi et sociis Principibus[11], vocatus et collocutus, videre enim hominem voluerunt.

Centenarium aureorum mihi delegatum[12] accepi per Taubenheymum, sed et Scharttus[13] 50 dedit, ut ego metuere incipiam, ne me Deus hic praemiet; sed protestatus sum, me nolle sic satiari ab eo, aut statim reddam et profundam. Quid enim mihi et tantae pecuniae? Patri Priori[14] dedi medium, et hominem laetum feci.

Princeps junior secundo ad me scripsit[15] gratiose, indicans patrui sui Principis nostri Electoris responsum super mea causa.

Enarrationes Epistolarum et Evangeliorum typis datae sunt; has sub nostri Principis nomine exire jubebo[16], nisi tu aliud consulueris. Nam tres sexterniones excusi sunt, primo adhuc dilato.

Doctor Henningus[17] Praepositus decumbit, desperata resurgendi virtute; item Tilo Denen[18] patitur; Dominus consulat eis. Alia non sunt nisi solita. Vale. Vittembergae, die S. Marcelli Papae Martyris 1521.

Martinus Luther, August.

[a] Ad Georgium Spalatinum, Christi servum, et a sacris Principis Electoris Saxoniae. — [b] † verbo. — [c] me fehlt.

[1] Der Kurfürst, in dessen Begleitung Sp. sich befand, war am 5. Januar in Worms eingetroffen, Köstlin[2] I, 419.

[2] Nr. 373. — [3] vgl. Nr. 373, Note 8. 10. 11.

[4] Bucer, der bereits im Novemb. 1520 die Dominikanerkutte ausgezogen, hielt sich damals verborgen, vielleicht in Speier bei dem bischöfl. Vicar Maternus Hatten, vgl. Baum, Capito und Butzer S. 116. 118. Der Brief selbst fehlt bis jetzt.

[5] opp. v. arg. V, 154; vgl. Nr. 369. — [6] vgl. Jes. 9, 6.

[7] Luther bezieht sich hier auf das, was ihm selbst Hutten geschrieben hatte, Nr. 373, Z. 95 ff., und kann sich natürlich nicht, wie Schenkel, Luth. in Worms S. 115 meint, auf den Hutten'schen Brief an Spalatin v. 16. Januar (opp. II, 4) beziehen.

[8] Der Brief kam nicht in Huttens Hände; dieser schreibt (opp. II, 4) am 16. Jan. an Spalatin: Verum quid in causa est, quod non scribit Lutherus vel verbo ad me? Daß er

Digitized by Google

verloren gegangen, sehen wir auch aus Luthers Brief an Spal. v. 17. Febr.

[9] 1 Joh. 5, 4 f.; vgl. auch zu dieser Stelle Kolde, Luthers Stellung ꝛc. S. 87.

[10] Der Brief an den Kurfürsten ist erst vom 25. Januar datiert; Luther hatte wohl am 16. schon die Absicht zu schreiben und hoffte, diesen Brief noch mit dem vorliegenden an Spalatin absenden zu können. In dem Auszug Spalatins heißt es: Dr. Martinus schreibt, er schreib E. K. G. auch; darumb hoff ich, E. K. G. hab sein Brief entfangen. — Vgl. auch Nr. 378, Z. 59.

[11] nach Spal.'s Bericht (a. a. O.): sonderlich Herzog Albrecht von Mechelburg. — [12] Das Schmiedberg'sche Legat (vgl. Nr. 364), welches Spal. a. a. O. ausdrücklich nennt. — [13] vgl. Nr. 178, Note 3. — [14] Helt. Spal. a. a. O.: Ich hab die Hälft meinem Prior geben; vgl. CR. I, 272, Nr. 94, die Nachschrift. — [15] am 20. Decb.; vgl. Nr. 377. — [16] Luther redet hier von der lateinischen Postille, welche er am 3. März 1521 dem Kurf. widmete.

[17] Henning Göde (vgl. Nr. 22, Note 17; geboren gegen 1450 in Havelberg) starb am 21. Januar (12. Cal. Febr.; vgl. Mentzius, Syntagm. Epitaph. Witteb. I, 64); die durch seinen Tod erledigte Probstei bot der Kurfürst am 12. Febr. Mutian an, der aber ablehnte und Jonas empfahl, der sie auch erhielt. Vgl. Krause, Mut. Briefw. Nr. 641 u. 643. — Ueber eine Geldschuld Luthers an ihn, die 1541 von den Erben in Nordhausen eingefordert wird, vgl. Kawerau, Jonasbr. Nr. 596.

[18] Tilo Dene, geb. 1465, Bürgermeister in Wittenberg seit 1501, starb erst am 29. Novb. 1545. (vgl. Script. publ. Witteb. I, 142.)

Wittenberg. Nr. 391. 21. Januar 1521.

Luther an Spalatin.

Auch von diesem Brief verfertigte Sp. einen Auszug für den Kurf. (vgl. Nr. 390, Einl.)

Original: 1. anhalt. Ges.-Arch.; — handschriftlich: 2. Cod. Dessav. A. No. 87; 3. Cod. Jen. a. f. 109; — Drucke: 4. Aurif. I, 300[b]; 5. de Wette I, 545. — Deutsch: Walch XV, Anh. LVIII. — Wir geben den Text nach 1 und die Varianten von 5.

Erudito et pio viro, D. Georgio Spalatino, a sacris principalibus Saxoniae, suo in Christo.

Jhesus.

Salutem. Credo ad te pervenisse aut mox perventura, mi Spalatine, quae cum Assertionibus

Digitized by Google

articulorum ad te dedi per Taubenheymum; interim tuas ad Stromerum literas legimus. Vernacula Assertio[1] sub typis formatur, cujus gustum mitto; melior est, quam sit latina. Emser in me scribit[2] Lipsiae magno animo, Murnerum contemno[3].

Praeterea defuncto Praeposito[4], et alienato a nobis Volfgango[5], quin et Torgensem Doctorem[6] lectione juris exonerandum audiens, rogo, intercessor ac[a] mediator bonus esto pro Johanne Suerdfeger[7], qui si lectionem civilis juris, cui par esse etiam Philippo nostro videtur, obtinere posset, forte ratione vitae mutata, e clero laicus fieret, quod et magis homini conveniret.

Haec scribo suasu multorum bonorum; tu fac, quod spiraverit spiritus. Definitum ajunt apud Episcopos Misnensem et Merspurgensem bullam exsequi: fiat voluntas Domini. Alia non sunt apud nos, tu quotidie novis rebus obrueris. Vale in Χριστῷ τῷ κυρίῳ ἡμῶν[b], Amen. Vittembergae 1521. Die S. Agnetis Martyr.

Mart. Lutherus, Aug.

[a] et. — [b] in Christo Domino nostro.

[1] Grund u. Urſach aller Artikel, ſo durch die römiſche Bulle unrechtlich verdammt worden, Erl.[2] 24, 55. — [2] vgl. Nr. 388, Note 2. — [3] vgl. Nr. 388, Note 7. — [4] Göden, vgl. Nr. 390, Note 16. — [5] Stehlin, vgl. Nr. 77, Note 4; Mel. an Spal., 24. Jan., CR. I, 279. — [6] Matthäus Beskau, Prof. jur. zu Wittenberg. — [7] vgl. Nr. 113, Note 5; CR. I, 279. 282 (woſelbſt er Joh. Misnerus, d. i. der Meißner genannt wird). — [8] Biſchof Johannes VII. (v. Schleinitz) von Meißen, 1518—1537, und Adolf (von Anhalt) von Merſeburg (vgl. Nr. 267, Note 1). Zur Sache vgl. unten den Brief vom 17. Februar.

Wittenberg. Nr. 392. 22. Januar 1521.

Luther an Spalatin.

Original: 1. anhalt. Geſ.-Arch.; — handſchriftlich: 2. Cod. Dessav. A. N. 88; 3. Cod. Jen. a. f. 110; — Drucke: 4. Buddeus p. 14; 5. de Wette I, 547. — Deutſch: Walch XXI, 738. — Wir geben den Text nach 1.

Digitized by Google

Suo in Domino Georgio Spalatino, viro bono et docto, Christi servo.

Jhesus.

Salutem. Brevi intervallo binas ad te literas cum opusculis dedi, mi Spalatine; nescio, an pervenerint ante has. De Praeposito novo deligendo, si Principi suggereres, ut Carlstadium [1] signaret, et archidiaconatum ejus [2] susciperet Amsdorffius, ut homo hic optimus pinguiore stipendio provideretur, non absurdum videretur; tamen in iis tuo utere meliore consilio. Caetera omnia e literis prioribus. Vale in Domino. Vittembergae, vicesima secunda Januarii 1521.

Mart. Luther, Aug.

[1] In derselben Angelegenheit schreibt Carlstadt selbst an Spalatin, die Purificationis (2. Febr., bei Olear., scrin. antiq. p. 75; vgl. Jäger, Carlst. S. 170). Ueber den Erfolg s. Nr. 390, Note 16.

[2] näml. Carlstadts. — Jäger l. c.: Diese Empfehlung gleicht eher einem Versuch, Carlst. von der Luthern am Herzen liegenden rein theol. Docentenstelle zu entfernen (und ihn mit der Stelle eines Lehrers des so gering geschätzten canon. Rechts zu betrauen), um einen bewährteren Mann an seine Stelle zu setzen, als einem Freundschaftsdienst gegen Carlst.

Wittenberg. Nr. 393. 25. Januar 1521.

Luther an Kurfürst Friedrich von Sachsen.

Erklärt sich bereit, unter sicherem Geleite nach Worms zu kommen, wenn seine Sache dort gelehrten und christlichen Männern zum Urtheil nach der hl. Schrift vorgelegt würde. Es ist der schon in Nr. 390 dem Spalatin angezeigte Brief. Vgl. über denselben Köstlin[2] I, 419 (aber nicht „vier Tage zuvor hatte er an einen Freund über das Unterbleiben der kais. Citation geschrieben", denn der Brief an Link, Nr. 389, ist nicht vom 21., sondern vom 14. Jan.); Elter, Luth. u. d. Worms. Reichst. S. 15.

Der Brief existiert deutsch u. lateinisch, ersteres aber wohl das Original, weßhalb wir die lat. Uebersetzung glauben weglassen zu dürfen. Für den deutschen Druck verweisen wir auf Erl. 53, 56, Nr. 24, woselbst aber zu dem Standorte noch hinzuzufügen ist: Müller's Staatskab. VIII, 281. Nach Seckend. lb. I, § 90, p. 148 findet er sich handschriftlich im Weimarer Archiv,

Digitized by Google

in Actis Comitiorum Wormat. Tit. Handlung mit D. M. Luth. fol. 13.

[1] S. 56, Z. 1 v. u.] vgl. Erl.[2] 24, 11 ff.; opp. v. arg. V, 2.

Wittenberg. Nr. 394. 29. Januar 1521.

Luther an Spalatin.

Original: 1. anhalt. Ges.-Arch.; — handschriftlich: 2. Cod. Dessav. A. N. 89; 3. Cod. Jen. a. f. 110; — Drucke: 4. Buddeus p. 14; 5. de Wette I, 553. — Deutsch: Walch XXI, 740. — Wir geben den Text nach 1.

Viro pio et docto, Georgio Spalatino, a sacris principalibus, Vormatiae agenti, suo in Christo.

Jhesus.

S[alutem]. Expectamus aliquando responsurum te, mi Spalatine. Nam hic praeter ea, quae percepisti, nihil novi habetur. De Praeposito Carlstadio stulte nuper scripsi. Assertio vernacula[1] quotidie formatur. Caeterum Magister Judocus Morlin[2] ad parochiam Westhusen nominatus pauperrimus est; optat per Christum tuam et meam intercessionem, ut quantum fieri potest, minori eum constet praesentatio in aula ista[3]; ita rogo, roga et tu. Curabo, ut aliquid saltem parum habeat. Vale et Dominum pro me ora. Statim plura cum eo, qui certus est nuntius D. Hierony[4]. Vittembergae 1521, quarto Calend. Februarii.

Mart. Luther, August.

[1] Grund und Ursach aller Artikel ꝛc. Erl.[2] 24, 55.

[2] Jodocus Mörllin de feltkirchen. (Alb. p. 32); Scheurl an Eck, 22. Decb. 1518 (Briefb. II, 76): Jod. Morlin Friburgensis discipulus tuus. Er war Professor Metaphysices in Wittenberg. (Seine Stelle wünschte Mel. vorerst unbesetzt zu lassen, an Spal. 14. Juni CR. I, 397.) Luther bittet hier um Ermäßigung der Officialkosten bei Verleihung der Pfarrei Westhausen in Francis (CR. I, 282; im heutigen Sachsen-Meiningischen), die der verstorbene Göden besessen (CR. I, 282; vgl. p. 363. 397). Mörlin starb auf dieser Pfarrei 15. Septbr. 1550. Bei der Visitation 1528 wurde ihm mit Absetzung gedroht, da

Digitized by Google

seine Bauern ihm zwar in Lehre und Predigt das beste Zeugniß gaben, aber klagten, er lasse sich den Trunk überwinden und betrügen. Die Drohung half, denn er bekam nachher stets das beste Lob. Von seinen 12 Söhnen ist Joachim der berühmteste, auch der andere Maximilian kommt in Luthers Briefen vor. — Zur Präsentation bei der damaligen Besetzung vgl. Kurf. Friedrich an seinen Bruder Herzog Johann, d. d. Worms 25. März, bei Förstemann, N. Urk.B. S. 12, Nr. 20.

[3] näml. des Markgrafen Georg v. Brandenburg, vgl. CR. I, 282, Note; Seidemann bei de W. VI, 606, Note 2.

[4] d. i. Doctoris Hieronymi Schurf. Dieser selbst reiste erst am 3. Febr. nach Worms.

(Wittenberg.) Nr. 395. (Ende Januar oder Anfang Februar 1521.)[1]

Luther an H. E.

(d. i. Haugold von Einsiedel).

Widmung der Schrift gegen Emser: Auf des Bocks zu Leipzig Antwort D. M. Luther.

Gedruckt: Erl. 27, 205; 53, 55. Nr. 23. [S. 55, Z. 2 v. u. lies: zu zeigen; erster Druck: zutzyggen.

[1] Da Luther in dem Buche selbst (Erl. 27, 212) von Emsers Schrift „Wider das vnchristenlich buch" ꝛc. (vgl. Nr. 388, Note 2) als einer noch zu erwartenden spricht, diese aber, am 20. Januar vollendet, nachweislich erst Anf. Febr. nach Wittenberg kam (CR. I, 281), so ergibt sich für die Zuschrift an H. E. obiges Datum.

Wittenberg. Nr. 396. (Ende Januar oder Anfang Februar)[1] 1521.

Luther an Wenc. Link in Nürnberg

Drucke: 1. Aurif. II, 8; 2. de Wette I, 555. — Deutsch: Walch XV, 2036. — Wir geben den Text nach 2.

Jhesus.

Salutem. Conqueritur super te Prior noster[2], reverende Pater; uno eodemque die Procurator noster[3] aufertur et Supprior[4], ut solus ferat nostrum onus, quod modo est majus, quam antea; tamen in hac re utriusque studio cedo. Dominus dirigat nos omnes.

Digitized by Google

Praepositus Henningius obiit, Emser in me furit Lipsiae, alia non sunt apud nos nova, nam Hutteni opera in hanc rem edita[5] credo apud vos esse. Expectamus autem quotidie nova ex Wormatia, non optant Papenses meum illuc adventum, sed simpliciter damnatum et perditum.

Scribit Spalatinus, Aleandrum fuisse ausum dicere: etiamsi vos Germani, qui minimum omnium dependitis aeris Romano Pontifici, jugum servitutis Romanae excusseritis, tamen curabimus, ut mutuis caedibus absumpti vestro cruore pereatis[6]. Haec ille nova. Et hoc monstrum ali in nos a Romanis ego semper dixi et scripsi; nunc vide, ut pascat oves Christi Papa. Vale. Wittembergae, 1521.

Tuus Martinus Lutherus.

[1] Das ungefähre Datum dieses Briefes ergibt sich theils aus dem gleichartigen Inhalt mit Nr. 391, theils aus dem, was Note 6 beizubringen ist.

[2] Helt. — [3] Matthias Gruneus, vgl. Nr. 223, Z. 24.

[4] Er ging nach Coblenz, vgl. Mel. an Spal. 3. Febr. (CR. I, 283), wo er Spal. bittet, einen Brief an den Supprior dorthin besorgen zu wollen.

[5] vgl. Nr. 390, Note 3.

[6] Am 16. Febr. schreibt Scheurl an Helt. Pömer (Briefb. II, 124): D. Wenceslaus vicarius author est Aleandrum dixisse: etsi Germani, qui tamen inter omnes nationes minimum dependent, apostolicum jugum excusserint, curaturos tamen Romanos, ut proprio mucrone intereamus et nos ipsos confodiamus: vox certe parum pastoricia, nisi quod hoc hominum genus magis pastoris existimat deglubere quam tondere. — Der Ausspruch Aleanders ist mehrfach bezeugt, vgl. Hutteni Invectiva in Hier. Aleand. (aus dem März, bei Böck. opp. II, 15); Frag u. Antwort Symonis Hessi (deutsche Uebersetzung des zu Nr. 387, Einl. 2 erwähnten Dialogus) bei Böck. opp. Hutt. IV, 611. — Auch Bernh. v. Hirschfeld schreibt am 25. Febr. aus Worms an Ant. Tucher in Nürnberg (vgl. Stud. u. Krit. 1882, S. 698): der Kaiser habe vor, über Luther „eine ganz geschwinde Acht" ausgehen zu lassen, das würde aber „große Empörung und Aufruhr im Reich gebären und eben dahin gedeihen, darnach der Papst und alle die Seinen fleißig arbeiten, daß wir Deutschen einander selber verfolgten und ihrer Mißhandlung dabei vergessen, so würden sie wohl unreformiert von uns bleiben". — Vgl. Scheurl an Hector Pömer, 16. Febr. (Briefb. II, 123 f.)

Digitized by Google

Wittenberg. Nr. 397. 3. Februar 1521.

Luther an Spalatin.

Original: 1. anhalt. Geſ.-Arch.; — handſchriftlich: 2. Cod. Dessav. A. Nr. 91; 3. Cod. Jen. a. f. 112; — Drucke: 4. Aurif. I, 305; 5. de Wette I, 558 (4 u. 5 mit dem falſchen Datum Quadragesima = 17. Februar, bei 5 jedoch in Note: „Wahrſcheinlich den 10. Luther ſchrieb quadrag. ſtatt quinquagesima"; richtig ſchon Burkhardt S. 37). — Deutſch: Walch XXI, 745. — Wir geben den Text nach 1 und die Varianten von 5.

Suo in Domino Magistro Georgio Spalatino, Christi servo.

Jhesus.

Salutem. Mira[a] Christi audacia, qui Cardinalem tantum[1] in mediis audeat comitiis occidere, non veritus creatorem neque creaturam. Scribit itidem in Hungaria subito periisse similem creaturam[2] Venceslaus noster.

Romanus Pontifex Stupitium nostrum accusavit ad Cardinalem Saltzpurgensem[3], ut mecum habentem. Ille respondit; nescio, an evellatur[b]. Concilium illud bellum Florentinum edetur[4], et articuli pro confessuris solandis[5], esti prela sint occupatissima. Pransus sum cum Duce Bugslao[c] Pomerano[6], qui et sermonem meum auscultavit hodie in parochia.

E Bohemia juvenis eruditus ad me dedit libellum, probare conatus, S. Petrum nunquam venisse aut fuisse Romam, 18 conjecturis[7], sed non evincit. Miserunt praeceptorium meum[8] et orationem Dominicam[9] versa in Boemicam linguam, excusa typis suis, et valde promovent verbum inter suos.

Caetera ex Hieronymo[10] nostro. Vale, et causam Morlin[d] commendatam habe. Expecto etiam responsum Principis pro quaestore Pelltizensi[11]. Vittembergae, dominica LX.[e] 1521.

Mart. Luther, Aug.

Digitized by Google

[a] Mera. — [b] 2 gibt die Lesart avellatur; Luther setzte allerdings zu einem a an, corrigierte es aber in e, so daß ævellatur geschrieben steht. — [c] Bugeslav. — [d] Mœrlin. — [e] Quadragesimæ.

[1] Wilhelm v. Croy, Cardinal-Diakon tit. S. Mariae in Aquiro seit 1517, von Karl V. zum Erzbischof von Toledo und Primas von Spanien (Nachfolger des Ximenez) gemacht, ein Brudersſohn des auch noch auf dem Wormser Reichstag gestorbenen gleichnamigen kaiserl. Ministers, fiel auf der Jagd bei Worms am 6. Januar vom Pferde, wobei er sich eine Ader verletzte, woran er nach der gewöhnlichen Angabe am 10. oder 11., in Wirklichkeit am 6. Jan. in der Nacht starb, noch nicht 23 Jahre alt. (Spal. ap. Menck. II, 605; Stud. u. Krit. 1882, 697; Baumgarten, Karl V., I, 83. 405; Balan, S. 164; Kalkoff S. 130).

[2] Von dem Tode eines Cardinals in Ungarn im J. 1520 oder Anf. 1521 ist nichts bekannt. Es scheint demnach nur ein Gerücht gewesen zu sein, das Link geschrieben hatte. Oder hatte dieser von dem Card. Hippolyt v. Este geschrieben, der zwar kein Ungar, aber schon seit seinem 8. Jahr ungar. Bischof war, lange in Ungarn gelebt hatte, und am 3. Sept. 1520 auf einer Reise in Frankreich gestorben war?

[3] Matth. Lang, damals in Worms (vgl. die Aleander-Depeschen). Ueber seine damalige Stellung zur Curie vgl. Druffel in den Sitz.-Ber. d. bair. Akad. 1880, 577, u. Staupitzens Brief an Link v. 5. März (Verpoortenn, analect. p. 52): Rev. D. Cardinalis prorsus nihil contra Martinum hucusque in dioecesi Saltzpurgensi tentavit etc.

[4] Auf das Florentiner Concil von 1439 hatte sich Mitte December Aleander vor dem deutschen Rathe bezogen und sich gerühmt, im Archiv der Wormser Kirche die Bulle desselben gefunden zu haben (wornach die Griechen, auf welche sich die Lutheraner in ihren Lehren von der päpstlichen Amtsgewalt, dem Fegfeuer und der Fürbitte der Heiligen beriefen, diese Lehren angenommen hätten, vgl. Kalkoff S. 20). Sollte dieß Luthern bekannt geworden sein und ihn veranlaßt haben, dieses Schriftstück herausgeben zu wollen? Elter S. 61. Ein Druck davon ist nicht bekannt.

[5] Unterricht der Beichtkinder über die verbotenen Bücher, Erl. 24, 204.

[6] Ueber einen späteren Besuch desselben bei Luther im J. 1523 vgl. Mohnike, Sastrow, I, 35; Joach. Wedel's Hausbuch (Bibl. des lit. V. in Stuttg. Bd. 161) S. 74.

[7] Luther meint die Schrift: IN HOC LI | bello grauiſſimis, c[illegible]rtiſſimisq3, & | in ſacra ſcriptura fundatis ratiōi | bus uarijs [illegible]robatur, Apoſtolū | Petrum Romam nō ueniſſe, | neq3 illic paſ[illegible]m. proinde | ſatis friuole, & temere | Romanus Pontifex ſe | Petri ſucceſſorem ia- | ctat, & nomīat &c. — 6 Bg., letzte Seite leer, in 4. — s. l. et a. — (Eine andere von Panzer,

Digitized by Google

Annal. IX, 128, 180 angeführte Ausgabe hat am Schluß: Finit libellus bifariam divisus, VIII. Kal. Decemb. MDXX.) — Zu Anfang der Schrift nennt sich der Autor: Ulrichus Velenus Minhoniensis, der sonst unbekannt ist (wäre Minhoniensis zu lesen, so wüßten wir seinen Geburtsort: Minichow, Mnichow, Dorf im Kr. Eger in Böhmen). Die Schrift besteht aus 2 Theilen: 18 persuasiones, quod Petrus nunquam ... Romae fuerit ... et non Romae passus sit, und 7 cavillos, quibus Rom. Curia illis persuasionibus occurrere consuevit, quibus tamen vicissim 7 correspondent responsiones. Sie erschien auch deutsch, vgl. Weller, rep. typ. Nr. 1959. 1960, und wurde im J. 1618 nochmals deutsch aufgelegt. — Sie rief mehrfache Gegenschriften hervor, von denen mir bekannt geworden sind: Johannis Rofensis Episcopi (Joh. Fisher, Bisch. v. Rochester) Convulsio calumniarum Ulrichi Veleni, quibus Petrum nunquam Romae fuisse cavillatur, Paris 1523 (vgl. Nr. 387, Note 1, fin.); Jo. Cochlaei De Petro et Roma adversus Velenum Lutheranum libri IV, Colon. 1523, mens. Febr.; Gregorius Cortesius (gest. als Cardinal 1548 in Rom), Adversus negantem Petrum apostolum Romae fuisse (Adrian VI. gewidmet, befindet sich auch hinter seinen: Epistolarum familiarium Latino sermone liber, Venet. 1573; vgl. Tiraboschi, storia della lett. ital. ed. Milano 1824. T. VII, 470).

[8] Die Decem praecepta, opp. lat. XII, woselbst p. VI auch der Titel der böhm. Uebersetzung. — [9] Erl. 21, 159.

[10] Schurf, welcher damals nach Worms abreiste, vgl. CR. I, 282. Am 17. glaubt ihn Luther bereits dort angekommen.

[11] Schöffer zu Belzig.

Wittenberg. Nr. 398. 9. Februar 1521.

Luther an Staupitz in Salzburg.

Drucke: 1. Aurif. I, 303; 2. de Wette I, 556. — Deutsch: Walch XV, Anh. XXI. — Wir geben den Text nach 2.

Reverendo et optimo viro, Johanni Staupitio, S. T. Magistro, Augustin. Eremitae, suo in Domino majori.

[1] Salutem. Miror literas et libellos meos, R. P., ad te nondum pervenisse, quantum ex tuis literis capio. Ego sane aliis praedicans, reprobus fio, adeo me rapiunt a me ipso conversationes hominum. Quo spiritu autem adhuc tractem verbum Dei, vides ex iis, quae mitto. Wormatiae nihil contra me

Digitized by Google

adhuc actum, etsi miro furore papistae moliantur mihi mala. Spalatinus scribit, tantum favoris evangelio esse istic, ut me inauditum et inconvictum damnari non speret.

Emser Lipsiae fronte deposita in me scripsit libellum solo uno mendacio refertum a principio usque in finem; cogor huic portento respondere propter D. Georgium, qui illius insania inflatur[2].

Non invitus audio, et te peti a Leone[3], ut et tu crucem, quam sic praedicasti, in exemplum erigas mundo. Non enim vellem tuo responso contentum esse lupum illum, quod plura ei tribueris, quam aequum sit. Sic enim ea interpretabitur, quasi in totum neges me et omnia mea, postquam eum judicem te passurum professus es. Unde si te Christus dilexerit, coget te ad revocationem hujus scripti, cum in ista bulla damnarit omne, quicquid de misericordia Dei hactenus et docuisti et sapuisti.

Quod cum non ignoraris, videris mihi non sine Christi offensione eum pro judice advocare, quem vides hostili furore Christi adversarium in verbum gratiae debacchari. Id enim tuum fuisset asserere, et eum hujus impietatis redarguere. Non enim hic tempus timendi, sed clamandi, ubi Dominus noster Jhesus Christus damnatur, exuitur et blasphematur. Unde quantum tu me ad humilitatem exhortaris, tantum ego te ad superbiam exhortor. Tibi adest nimia humilitas, sicut mihi nimia superbia.

Verum seria res est. Christum videmus pati. Quod si hactenus tacendum et humiliandum fuit, nunc tamen, quando per totum orbem ipse optimus salvator, qui sese pro nobis dedit, ludibrium jactatur: obsecro, non certabimus pro eo? non objiciemus cervicem? Mi Pater, grandius est periculum, quam credant multi. Hic incipit currere evangelium[4]: ‚qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor et ego eum coram Patre meo; qui me erubuerit, erubescam et ego eum'.

Inveniar sane superbus, avarus, adulter, ho-

Digitized by Google

micida, antipapa, et omnium vitiorum reus, modo impii silentii non arguar, dum Dominus patitur et dicit[5]: ‚periit fuga a me, et non est, qui requirat animam meam; et considerabam ad dextram, et non erat, qui cognosceret me.' Spero enim ea confessione absolvendum ab omnibus peccatis meis. Unde et cornua erexi in hoc idolum Romanum et verum Antichristum cum fiducia. Non est verbum pacis, sed verbum gladii verbum Christi. Sed quid ego sus Minervam?

Fidentius haec ad te scribo, quod valde timeo, ne inter Christum et papam medius haereas, quos vides tamen summa contentione contrarios esse. Oremus autem, ut Dominus Jhesus spiritu oris sui destruat hunc filium perditionis[6] propediem. Quod si tu non vis sequi, sine me ire et rapi; non tacebo (per Christi gratiam) portento huic sua portenta.

Vere nonnihil me contristavit ista tua submissio, et alium quendam mihi exhibuit, quam Staupitium illum gratiae et crucis praeconem. Quod si ante bullae istius notitiam et Christi ignominiam sic fecisses, nihil contristasses.

Huttenus[7] et multi alii fortiter scribunt pro me, et parantur indies cantica, quae Babylonem istam parum delectabunt. Princeps noster, ut prudenter et fideliter, ita et constanter agit, cujus jussu Assertiones istas utraque lingua[8] edo.

Salutat te Philippus et auctiorem tibi spiritum imprecatur. Saluta quaeso D. Ludovicum medicum[9], qui doctissime ad me scripsit. Non erat otium scribendi ad ipsum, cum tria prela solus ego occupare cogar. Vale in Domino, et ora pro me. Wittembergae, die S. Apolloniae, 1521.

Filius T. Martinus Lutherus.

[1] Vgl. den Brief Staupitzens an Link vom 4. Januar 1521 (bei Verpoortenn, analect. p. 49), worin er diesem klagt, daß der Papst durch den Cardinal Lang ihm ansinne, daß er Luthers Lehre verdamme, und bei Link Trost sucht. Unser Brief ist gewissermaßen eine Antwort darauf. Nach dem Brief Staupitzens an Link vom 5. März (Verp. p. 52: Respondeo Martino

Digitized by Google

nostro, qui tecum sentiens meam arguit pusillanimitatem) beantwortete er unſern Brief, die Antwort iſt aber nicht mehr vorhanden. — Vgl. Kolde, Auguſtinercongr. S. 332.

[2] vgl. Nr. 388, Note 2. — Luther antwortete mit der Schrift: Auf das überchriſtlich ... Buch Bock Emſers, Erl. 27, 221.

[3] Hier bezieht er ſich wohl auf die Stelle im ſtaupitziſchen Brief an Link v. 4. Jan.: ad nos quoque rugitus leonis pervenit, quaerit, quem devoret.

[4] Luc. 12, 8; 9, 26. — [5] Pſ. 142, 5. — [6] 2 Theſſ. 2, 8. — [7] vgl. Nr. 373, Note 8. 10. 11. — [8] opp. v. arg. V, 156; Erl.[2] 24, 55.

[9] Nach Verpoort. p. 57, dem Seidemann bei de Wette VI, 676 s. v. Ludovicus, folgt, wäre dieſer Ludovicus medicus derſelbe, von welchem Staupitz am 16. Okt. 1521 an Link ſchreibt: Venturus est in Norinbergam cum Rev. Dom. cardinale physicus electus, Doct. Schmanfius, veritatis acerrimus indagator. — Aber Schmaus (nicht Schmanfius) hieß nicht „Ludwig", ſondern „Leonhard". Er nennt ſich in dem: Ex diversorio Leonis Augustae, 20. die Novembris 1520 datierten Zueignungsſchreiben an den Drucker und Arzt Sigismund Grimm in Augsburg, welches er der von ihm beſorgten Herausgabe der Nr. 389, Note 3 erwähnten Schrift des Niphus vorausſetzte: Leonhardus Schmaus. Reverēdissimi dñi Cardina. Archiepi Saliburgensis a Medicinis.

Wittenberg. Nr. 399. 17. Februar 1521.

Luther an Spalatin in Worms.

Original: 1. anhalt. Geſ.-Arch.; — handſchriftlich: 2. Cod. Dessav. A. Nr. 94; 3. Cod. Jen. a. f. 114; — Drucke: 4. Aurif. I, 305[b]; 5. de Wette I, 560. — Deutſch: Walch XXI, 747. — Wir geben den Text nach 1, mit den Varianten von 5.

Domino Magistro Georgio Spalatino, viro bono et erudito, sibi in Christo [a].

Jhesus.

Salutem. Spero venisse tandem ad te et literas et libellos, mi Spalatine. Miror autem, quid intercedat obstaculi, quo minus jam diu acceperis, cum jam binas a te interim acceperim literas, et de acceptis nulla mentio. Jam Hutteno quoque quas scripsi copiosissimas, quis ventus abstulit? [1] Quid moliar deinceps in scribendis et mittendis, nescio

Digitized by Google

Sex quaterniones vernaculae Assertionis[b 2] jam antea ad te volare jussi, raptos e prelo madidos, sed claudicasse eos video; reliquos mitto, missurus, quos absolvet typus.

Emser virus suum in gratiam D[ucis] Georgii tandem evomuit.[3] Cogor homini respondere solum ob mendacia impurissima[c]. Murnero[4] nondum possum: et qui omnibus possem? Psalterium meum Basileae excudit Adam Petrus[5], quod nollem. Episcopus Merspurgensis exussit meos libros[6], homo sanctus Papae servus.

Matthaeus Adrianus licentiam discedendi petiit[7], cui dedimus statim. Itaque liberati sumus ab homine isto; utinam Aurogallus[8] ei succedere mereatur. Praeterea auditum est, Principem nostrum in locum D. Petri Burchardi[d] medici[9] peregrinum quendam substiturum esse. Cum M. Augustinus Schurff[10] jam diu sollicitaverit, et nos pro eo: cur non e nostro gremio potius accipitur? Vel D. Stephanum Wildum[11], novellum generum antiqui quaestoris, si Augustino preces nostrae non impetraverint, dignum esset substitui; quod dico, ut suggeras, si opus sit, et potes, personas nostras idoneas.

Mitto confitentium institutiones[12], quas petiisti. Magdeburgi[13] libellus Emseri in publico infamiae loco affixus est cum titulo: Talis liber tali loco dignus. Addunt additam virgam, quae poenam ejus significaret. Caeterum Lipsiae regnat Emser,[14] et multa potest et audet, ut qui finem sui statim sit facturus, more hominum istius generis.

Juventus nostra his diebus bacchanalibus nimis ludicre Papam personatum circumvexerunt sublimem et pompaticum, tandem in foro ad torrentem projecturis similes, fugitivum cum Cardinalibus, Episcopis familiisque suis in diversas partes oppidi disperserunt, et insecuti sunt, festivo valde et arguto invento. Dignus enim hostis Christi hoc ludibrio, qui summos reges, imo Christum ludificatur. Excuditur jam ea fabula versibus eruditis.[15]

Digitized by Google

50 D. Hieronymum[16] credo tibi adesse hodie. Itaque[a] vale. Vittembergae, Dominica Invocavit, 1521.
Martinus Lutherus, Aug.

[a] viro etc. fehlt. — [b] vernac. Ass. fehlt. — [c] impudentissima. — [d] Burkhardi. — [e] Itaque fehlt.

[1] vgl. Nr. 390, Note 8. — [2] Erl.[2] 24, 55. — [3] vgl. Nr. 388, Note 2.

[4] vgl. Nr. 379. — Luther antwortete ihm nur gelegentlich in: Auf das überchriſtlich Buch Bock Emſers „Darin auch Murnarrs ſeines Geſellen gedacht wird", Erl. 27, 221.

[5] über Ad. Petrus vgl. Nr. 285, Note 6; über das bei ihm erſchienene Psalterium vgl. unten Nr. 401. — Unſere Stelle beſagt jedoch nicht (Seidemann bei de Wette VI, 568, Note 4), daß „Luther unzufrieden war mit der erſten Basler Ausgabe", welche er ja noch gar nicht kannte, ſondern vielmehr, daß er überhaupt nicht wünſchte, daß die Wittenberger Ausgabe wegen der in ihr enthaltenen Fehler nachgedruckt würde.

[6] Die Verbrennung geſchah vor den Thoren Merſeburgs am 23. Januar in der Frühe und ſcheint ſo wenig als möglich öffentlich geſchehen zu ſein. Das von Jodocus Mahler darüber aufgenommene Notariatsinſtrument ſ. in Samml. verm. Nachr. zur Sächſ. Geſch. II, 319, woſelbſt auch S. 309 das biſchöfliche Mandat zur Verbrennung vom 16. Jan. Vgl. Seidemann, Erläut. S. 11; Förſtemann in der Hall. Allg. Litz. 1829, Sp. 27. Mel. an Spal., 2. März, CR. I, 361.

[7] vgl. Mel. an Spal., 22. Febr., CR. I, 359; am 21. März meldet er ihm des Adrianus Weggang, CR. I, 362.

[8] Auch Mel., CR. I, 362, empfiehlt Aurogallus. Aurog., eigentlich Goldhahn, aus Chomutov (Komotau) in Böhmen, daher Chumotoviensis (vgl. Seidemann, Lutherbr. S. 88; Leipz. Disp. 97, wo jedoch Lennus falſch; Hennus?), war nachher der Gehülfe Luthers bei der Bibelüberſetzung (vgl. Vom Dolmetſchen, Erl. 65, 109; Matheſius 13. Predigt), und ward am 11. Nov. 1543 in Wittenberg begraben (vgl. Script. publ. proposit. a Professoribus in Acad. Witeb. T. I, 73).

[9] Ueber Burkhard's Weggang ſ. Nr. 325, Note 1. — Spalat. annal. (ap. Menck. ad ann. 1526: Eadem die parasceues obiit in Baioaria Ingolstadii Doctor Petrus Burcardus medicus.

[10] Auguſtin Schurf, Bruder des Juriſten, geb. zu St. Gallen 6. Januar 1495; geſt. 9. Mai 1548, vgl. Eber, calendar. p. 38. 167; Script. publ. I, 209.

[11] Steffanus Wildt de Bleinfeldt, Aysteten. dioc., inſcrib 27. Juli 1518. (Alb. p. 74). Er war (Lindau, Cranach 148) einer der Anführer des vorjährigen Studentenauflaufs geweſen, hatte aber bei dem Kurfürſten Begnadigung nachgeſucht und gebeten, wieder zur Univerſität zugelaſſen zu werden (Förſtemann in N. Mtthl. VIII, 2, 70). Er ſcheint die Stelle Burkhard's be-

Digitized by Google

kommen zu haben, verließ aber schon im Nov. 1522 Wittenberg und wurde (damals schon?) Stadtphysikus zu Zwickau, kam 1533 in den Rath, und starb 1550 (Wilhelm, descript. urb. Cygneae. 1633, p. 119). 1549 wurde er dem erkrankten August von Sachsen von seiner Mutter als „ein alter betagter und geschickter gottesfürchtiger Mann" empfohlen, den sie selbst vor mehr als 20 Jahren zu Rathe gezogen (Weber, Kathar. v. Sachs., im Arch. f. sächs. Gesch. VI, 6).

[12] vgl. Nr. 397, Note 5; vgl. Mel. an Spal., 2. März, CR. I, 361, wornach diese Schrift von Spal. veranlaßt war.

[13] vgl. Rahtmann, Gesch. d. Stadt Magdeb. III, 340, der aber nichts Neues zur Sache beibringt.

[14] Auch Mel. an Spal., 22. Febr., CR. I, 359 nennt ihn: ille Lipsiae τύραννος; vgl. auch Karlstadt an Spal., 9. Febr., Olear. p. 76.

[15] Das latein. Gedicht über dieses Possenspiel ist nach Köstlin[2] I, 798, Note 3 zu S. 425, gedruckt in: Selneccer, vita Lutheri ... disput. subj. J. F. Mayer, Witteb. 1687, p. 133.

[16] vgl. Nr. 397, Note 10.

Wittenberg. Nr. 400. 27. Februar 1521.

Luther an Spalatin in Worms.

Original: 1. anhalt. Ges.-Arch.; — handschriftlich: 2. Cod. Dessav. A. Nr. 90; 3. Cod. Jen. a. f. 111; — Drucke: 4. Aurif. I, 307; 5. de Wette I, 561. — Deutsch: Walch XXI, 749. — Wir geben den Text nach 1, mit den Varianten von 5.

Suo in Domino M. Georgio Spalatino, a sacris principalibus Saxo., Christi servo [a].

Jhesus.

Salutem. Assertionem vernaculam antea usque ad literam L. misi; supersunt L. M. N., quos mitto; ultimus finietur sabbatho[1]. Miror tam tarde reddi meas literas. De Confessionibus editum libellum[2] ad te fert[b] Scotus bibliopola.

Vide autem, ne et tu illis credas, qui me in scriptis meis arguunt mordacitatis nimiae. Ii enim hoc agunt[c], ut nomen meum polluant, cum aliud non possint; potissimum autem eos experior tales esse, qui non legunt, sed aliorum relata sequuntur;

Digitized by Google

deinde vitia morderi assueti non sunt. Ego mihi nondum conscius sum tantae, quantae illi accusant furiae. De iis satis.

Apud Merspurgenses et Misnenses nihil prodest liber confessuris datus, plaustra librorum meorum exurunt. Ita insaniunt sancticuli illi. Rhadinum Emser[3] esse nondum dissuaseris, mi Spalatine; sunt et nobis argumenta. Quod autem illi respondeo, amicorum, non meum est consilium: ego eum[d] contempseram bestiam, sed illis omnino visum est stulto respondere.

Accingor jam cantico Mariano[4] dicando juniori Principi, ut tandem libello ipso respondeam literis suis novissimis[5] et gratiosis ad me datis. Postillae, quas vocant, absolutae Epistolis et Evangeliis Adventualibus[6], exibunt his nundinis Francofordiensibus, pro gustu aliquo, ut videam, quid judicent de eo opere homines.

Non minus nos male habent excusa Axiomata illa Erasmi et Principis nostri responsa[7] Lipsiae, et nescio, ubi ista curata sunt, ignorantibus nobis atque adeo mirantibus, unde exemplaria habuerint; nostra penes nos sunt. Nihil est ergo, quod nos in hac re accuses, molestissime ferentes eas editiones, quae et nobis metu et jactantia suspectos faciunt.

Olim Erasmus scripsit, nihil esse spei in Carolo sophistis et papistis obsesso.[e 8] Dominus ipse verbi sui et autor et tutor est solus, placet tamen interim eorum furorem differri divino consilio, qui si perruperit, omnes fore divinant Bohemicae similem seditionem, in nostros quoque clericos grassaturam. Ego sine culpa sum, qui hoc molitus fui, ut nobilitas Germaniae non ferro, sed consiliis et edictis (quod facile possunt) Romanistis illis modum poneret. Nam contra imbellem vulgum cleri idem est ac contra foeminas et pueros bellare.

Sed metuo, ut furor Romanistarum patiatur se edictis et consiliis compescere, et ista insaniendi pertinacia ultro sibi malum accersat. De succen-

Digitized by Google

tore januensi tibi Amsdorffius scribit jucunda. Vale et pro me ora. Saluta aulicos nostros. Vittembergae, penultima Februarii 1521. 55

Martinus Luther, August.

[20] Frater meus nicht der leibliche Bruder Jakob, sondern der ihn begleitende Ordensbruder (Nr. 420, Note 2). Alb. p. 22: Frater Johannes petzensteiner de nuremberga dioc. Bambergen. ordinis sancti Augustini. (Sommer 1507); ἀκόλουθος Lutheri et multarum peregrinationum comes (CR. IX, 663); 1522 Lector der hebr. Sprache in Wittenberg, dann erst wieder erwähnt 1540, wo Luther abräth, ihn an Hausmanns Stelle nach Dessau zu berufen (28. Mai 1540), dagegen zum Pfarrer in Roßwein empfiehlt (24. Mai 1540); später in Schlesien, denn Melanchthon empfiehlt 16. Novb. 1558 (CR. l. l.) den alt Gewordenen, der gerne in seine Vaterstadt zurückgekehrt wäre, dem Hieron. Baumgärtner, fideliter enim docuit ecclesias Silesiacas.

[21] Herzog Georg von Sachsen.

(Wartburg.) Nr. 436. (um Mitte Mai 1521.)

Luther an Melanchthon.

(Bruchstück.)

Drucke: 1. Aurif. I, 329 (Fragmentum epistolae D. Mart. Lutheri scriptae ad Philippum Melanchtonem ex Pathmo, Anno MDXXI, repertum in bibliotheca Georgii Spalatini); 2. Strobel-Ranner p. 15; 3. de Wette II, 7. — Deutsch: Walch XV, 2263. — Wir geben den Text nach 3.

Audio Erfurdiae in sacerdotum domus vim fieri[1], quod miror permitti et dissimulari a senatu, tum taceri a Lango nostro. Nam etsi bonum est, incessabiles illos impios coerceri, modus tamen iste evangelio nostro parit et infamiam et justam[a] repulsam. Scriberem Lango, sed nondum possum. Vehementer enim me offendit ista gratia hominum in nos, ex qua liquido videmus, nondum esse nos

Digitized by Google

dignos coram Deo verbi sui ministros, et Satanam in nostra studia ludere et ridere. O quam metuo, ne ficus illa sit parabolica, quae ante diem judicii praedicitur Matthaei 21. producere tantum, nec ad fructum pervenire: veritas est quidem, folia et verba tamen sunt, dum non ita facimus, sicut docemus.

[a] justamque 2.

[1] Vgl. Nr. 435.

Straßburg. Nr. 437. 18. Mai 1521.

Nicolaus Gerbellius[1] an Luther.

Beantwortet am 1. November.

Druck: 1. Jo. Fr. Hekel, Manipulus epistolarum etc., p. 65, Nr. XXI; 2. theilweise Seckend. lb. 1. § 98, add. III, p. 161 (ex epistola Ms. quae inter Hekelianas est XX; mit dem falschen Datum: 26. Mai).

Magnanimo viro D. Martino Luthero, Theologo, Domino et praeceptori suo charissimo, Nicolaus Gerbellius, S. in Christo Jesu crucifixo.

De te apud nos adeo incerta sunt omnia, ut nihil unquam[a] *videris audierisque incertius. Nam constans undique*[b] *fama volat, per insidias te captum esse, deinde vero occisum etiam, adacto in cervicem tuam gladio. Sunt, qui dicunt*[c]*, salvum te Wittenbergam rediisse. Ex his, quodnam sit verum ambigitur. Postremum certe nemo est eruditorum vel proborum hominum, qui non ita esse cupiat. De priore, non credis, quam exultent, quam gratificentur Diis suis adversae partis adsectores*[d]*. Insani homines profecto et ignari, quantum malorum, quantum etiam humani sanguinis exposcat interitus tuus. Nos sane, quotquot adspiravimus ad salutem et libertatem, quique evangelii et verae fidei propugnatorem*[e] *te esse agnovimus, varie afficimur, deque vita tua, non credis, quam simus solliciti. Non quod hanc tibi gloriam invideamus, ut mortuus mundo vivas apud superos, pro quo tu animo tam excelso*

Digitized by Google

tamque incredibili constantia hos rerum motus exsuperasti, sed quod evangelium Christi tu cum paucis rectissime tractare visus es, et quo duce non fallaci agebamur spe, restitui posse omnia, quae majorum nostrorum injuria atque desidia fuerunt obliterata.

Quare, mi doctissime Luthere! si me amas, si reliquos, qui adhuc mecum curam tuí habent evangeliique Dei, per te tanto labore, tanta cura, tot sudoribus, tot periculis praedicati, fac sciamus, an vivas, an captus sis, num praerepta tibi libertas scribendi et docendi nos, vel quonam in statu sint res tuae. Interdicetur, si vera est fama, omnibus aqua et ignis[1]*, qui libros tuos legent, qui vera docuisse te sunt crediturí.*[g] *Vides nunc, quae sit futura rerum facies, quae sit proferenda iis, qui evangelio filii Dei nomina dederunt. Faxit Deus, ut sincera et vera fide omnes omnium inimicorum nostrorum insidias, dolos, fraudes non secus feramus, quam quae sunt vanissima.*

Caeterum obtestor te per amicitiam nostram, mi Luthere! ut libros tuos, post discessum tuum a Vangionibus editos, ad nos, si qua occasione fieri potest, clanculum transmittas. Cupimus vero omnes, institutos a te in totum Matthaeum Commentarios citissime absolvi. In his enim formam nobis totius christianae doctrinae praestare poteris officiosissime.

Saluta nomine meo Philippum[2] *meum, cui me commendes oro, quantum potes. Salutat te conjux mea.*[3] *Salutat te domus Casparis Uringeri*[4]*, a libellis qui est Senatui nostro. Salutat te Otho Brunfelsius*[5]*, Carthusianus. Salutat te Lucas*[6] *sacerdos. Saluta nomine meo Carolostadium et Thomam Plaurerum*[7]*, elegantissimum juvenem, et felicissime vale. Argent[orati], M.D.XXI. in Vigilia Pentecost.*

P.S. Scripsi diebus superioribus epistolam[8] *unam ad te, nescio quo animi impetu, praepropere atque parum accurate, cumque nimium urgerer ab amicis, qui studio videndi te nullam ferebant moram, excidit hi quoddam ineptissimum, quod ut tu prius emendes, m in cujusquam manus perveniat, per omnia sacra*

Digitized by Google

perque amicitiam nostram te oro. Locus, de quo agitur, ita se habet: Aliis alia placentibus. Tu in locum cum dictionis placentibus, quae mirifice displicet mihi, repone probantibus. Non possum admirari, quanam oscitantia seu incuria id verbi irrepserit, sive hoc ardore animi, seu cura nimia gratificandi tibi, vel per occupationes meas nimium adversas melioribus studiis acciderit, incertus sum. Tu pro admirabili candore tuo boni hoc consule.

[a] unquam fehlt 2. — [b] ubique 2. — [c] dicant 1. — [d] assertores 2. — [e] propagatorem 2. — [f] igni 2. — [g] Hier Schluß bei 2.

[1] Ueber Gerbel ſ. Nr. 435, Note 1. — [2] Melanchthon. — [3] Gerbel war alſo damals ſchon verheirathet, und heirathete nicht erſt am 11. Decb. 1525, wie Geiger a. a. O. angibt, ſondern an dieſem Tage zum zweitenmale.

[4] Im Antwortsbrief Luthers heißt er nach Aurif.: Urniger, nach Fechtius: Winger. Ich finde ihn ſonſt nirgends erwähnt.

[5] Ueber Brunfels vgl. Nr. 333, Note 2.

[6] Lucas Hackfurt, Bathodius, Prieſter zu Straßburg, ſpäter der Almoſenpfleger der Stadt und Verwalter ſämmtlicher milder Stiftungen. Beat. Rhenanus, der ihm 1520 ſeine Ausgabe der Panegyrici veteres et aliqui recentiores widmete, ſagt von ihm: Vix alius occurrat in oppido Argentinensi, quamlibet magno, qui studiosos peregre advenientes affabilius salutet, humanius in sedes suas recipiat, officiosius producat, und rühmt ihn als non minus bonarum literarum studio, quam inculpatis moribus spectabilis. (Horawitz, Briefw. des Rhen. 259, 258, Note 1). Vgl. Jung, Beitr. II, 149.

[7] Thomas Blaurer aus Conſtanz, Bruder des Reformators Ambroſius Bl., ſpäter Bürgermeiſter von Conſtanz, ſehr thätig für die Einführung der Reformation daſelbſt, geſt. 1567 im Exil. Obgleich erſt 29. März 1522 mit ſeinem Freund und Landsmann Conr. Zwick inſcribiert (Alb. p. 110), war er doch ſchon ſeit 1520 in Wittenberg und blieb daſelbſt bis 1524. Vgl. ſeinen aus Wittenberg am 15. Febr. 1521 geſchriebenen Brief an Joh. Botzheim bei Walchner, Botzheim, S. 108.

[8] Bezugnahme auf den Nr. 435 im Anfang erwähnten fehlenden Brief.

Wartburg. Nr. 438. 26. Mai 1521.

Luther an Melanchthon.

Drucke: 1. Aurif. I, 329[b]; 2. de Wette II, 8. — Deutſch: Walch XV, Anh. LXXIX. — Wir geben den Text nach 2.

Digitized by Google

Philippo Melanthoni, Theologo, Ecclesiae Wittembergensis Doctori, in Christo fratri charissimo.

Salutem. Quid his literis jamdudum signatis scripserim[1], oblitus sum, mi Philippe; tamen ad tuas istas respondere denuo volui. Ad Jacobum Latomum[2] invitus respondeo, quod jam animum composuerim quietis studiis, et video tamen necessarium, ut ego ipse respondeam; accedit taedium legendi ejus tam prolixi et male scripti. Statueram enarrationes Epistolarum et Evangeliorum vernacula donare, sed vos non misistis Postillas istic excusas.[3]

Mitto Psalmum istis feriis cantatum[4], quem si voletis, et otiosi fuerint typi, imprimere, inscriptum cui volueritis, potestis; hunc enim praeotio, carens libris, laboravi; sin aliter visum, communicare amicis et Christanno Aurifabro[5] legendum, aut Amsdorfio dabis.

Faveo D. Lupino[6] felicem ex ista vita egressum, in qua utinam et nos non viveremus. Tanta est ira Dei, quam quotidie magis ac magis speculor otiosus, ut dubitem, an praeter infantes aliquem servet adultum a Satanae isto regno, adeo nos dereliquit Deus noster. Commovit me tamen ejus decessus non parum, videns illud Isaiae[7]: ‚Justus perit, et non est qui cogitet; et viri misericordiae tolluntur, et nemo considerat.'

Vellem scire, quis ille Franciscus Faber Silesius[8] sit, heroicum caput. Nam Ludus in Emseranum caprum[9] satis indicat autores suos primarios. Passionale antitheton[10] mire placet, Joh. Schwertfeger in ea opera video tibi succenturiatum[11]. Sermonem de confessione[12] antevertit Oecolampadius noster, edito libro de confessionis facilitate[13], satis libero, futurus et ipse Antichristo et suis militibus nova vexatio. Quem nisi sperassem a Spalatino ad vos missum vel mittendum, una cum epistolis Hutteni adjunctum ad pileos istos et galeritas upupas Wormatiae scriptis[14], misissem ipse; tamen et ipse aliquid addam, si possum, in eandem[a] vernacule.

Digitized by Google

Cameracensis novus maritus [15] mihi mirabilis, qui nihil metuat, atque adeo sic festinarit in tumultu isto; regat eum Dominus et misceat ei oblectamenta lactucis suis [16], quod et sine precibus meis fiet. Displicet mihi, tuam Methodum [17] quatenus excusa est, non una venisse. Opto scire, quis regnet suggestum meum: an Amsdorfius adhuc stertat et otietur. Dominus servet et augeat id, quod scribis de literariae rei felicitate, Amen.

De me plane nolo vos quicquam esse sollicitos. Si personam spectes, omnia bene habent, nisi quod animi molestia nondum cessit, et prior spiritus ac fidei infirmitas perseverat; ἡ δὲ ἀναχώρησίς μου prorsus nihil, et qui in tractando verbo nunquam mea voluntate versatus sum, ita cum magna cordis pace exclusus sum. Atque haec ita habent, quod ad me pertinet.

Caeterum pro verbi gloria, et aliorum et mea mutua confirmatione mallem inter carbones vivos ardere, quam solus semivivus, atque utinam non mortuus, putere. Verum quis scit, et an eo consilio plus promovere velit Christus, non in hac tantum, sed in omnibus causis? Toties de fide et spe rerum non apparentium [18] locuti sumus: age, semel vel in modico ejus doctrinae periculum faciamus, quando id vocante Deo, non nobis tentantibus ita contingit. Ego etiam si peream, nihil peribit evangelio, in quo tu nunc me superas, et succedis Helisaeus Heliam duplo spiritu [19], quem tibi Dominus Jhesus impertiat clementer, Amen.

Proinde vide, ne contristemini, sed canticum Domini in nocte mandatum [20] canite, concinam et ego, tantum pro verbo solliciti simus. Qui ignorat, ignoret; qui perit, pereat, dum nostrum officium illis non defuisse queri possint. Sinite Lipsenses gloriari, quia haec est hora eorum [21]; nos exire oportet de terra nostra, de cognatione nostra, de domo patris nostri [22], et mutuo ad tempus separari in terram, quam ignoramus; interim illi suum N. N. [23]

Digitized by Google

adorent et jactent. Jacobo Flemmichen[24] satis est te videre, et vis[b] ne nimio felix sit, omnia quae vellet videns.

Non deposui spem ad vos redeundi, sic tamen, ut faciat Deus, quod bonum est in oculis suis. Si Papa omnes aggredietur, qui mecum sentiunt, sine tumultu non erit Germania; et quo citius id tentaverit, hoc citius et ipse et sui peribunt, et ego revertar. Deus suscitat spiritus multorum atque adeo et vulgi corda, ut mihi verisimile non sit, posse rem istam vi compesci, aut si compesci coeperit, decuplo major erit. Habet Germania multos Karsthansen[25].

Murner tacet[26]; quid Caper[27] ille facturus sit, nescio, fortassis secundus Ortwinus[28] futurus. Unum non credo tibi, nempe quod scribis, vos errare sine pastore. Hoc enim esset omnium tristissimum et acerbissimum auditu. Donec enim tu, Amsdorfius et alii adestis, sine pastore non estis. Noli sic loqui, ne Deus irascatur et ingrati inveniamur. O utinam omnes ecclesiae saltem collegiatae[29] haberent quartam vestri partem in verbo verbique ministris. Agite gratias Domino, qui illuminavit vos. Ecce verbosus fui.

Fertur Galerita[30] Moguntinus hostes in se juratos habere 1800, et D. Schifer[31] febri gravi laborare, alii mortuum dicunt. Cecidit Episcopus quidam[32], hoc est, periit Wormatiae, insigniter Luthero infensus. Plura non habeo, cum sim eremita, anachorita, vereque monachus, sed neque rasura neque veste: equitem videres, ac ipse vix agnosceres.

Dic Amsdorfio, etiam pastorem Hirsfeldensem[33] optimum virum, fama volante, duxisse uxorem, ne vos soli habeatis Praepositum vestrum neogamum; deinde, ut ferat, illum sibi esse in Petri Lupini locum praerogatum. O filii Adam! Sed bene, quod integer et liber ejus spiritus causa ei est tanti damni, illi contra alius spiritus tanti lucri causa.

Digitized by Google

Occulta sunt nostra merita, sed distributa. Praemia tandem manifestant consilia cordium. Pro Praeposito Cameracensi metuo, ne expellatur, atque tum duplo egeat ventre, et quotquot inde ventres processerint; sed fidem si habet, Dominus vivit pastor omnium, per quem nec ales esurit.

Tu eum salutabis et hortaberis, et te quoque volo cum omnibus gaudere et gloriari, in qua re mihi non dicam quam gratificemini, ac Deo quoque placebitis, Satanam et Satanae squamas uretis. Tristitia vestra mihi malum maximum, gaudium vestrum et meum est. Atque ita in Domino valete, cui me commendate, ut confido, et ego quantum possum, vestri non sum immemor. Servate ecclesiam Domini, in qua[c] vos posuit Spiritus sanctus episcopos[34], non episcoporum simulachra.

Omnes ex nomine meo salutabis, estis enim multi (M. Eisleben non salutabis, nec das fette Flemmichen, illis enim scribo): Joh. Schwertfeger, Petrum Suaven[35], et totam ecclesiam tuam domesticam, Henricum Zutphaniensem[36], et omnes fratres; Priori[37] scripsi; M. Lucam[38] et Christannum[39], D. Eschhausen[40] et quotquot occurrint. En tibi papyrium pro necessitate pudendum. Iterum vale. Inter volucres de ramis suave cantantes, Deumque totis viribus laudantes die ac noctu. Dominica Trinitatis 1521. *Μαρτῖνος ὁ σός.*

[a] Es wird eundem zu leſen ſein, da es ſich auf Quem (sermonem) bezieht. — [b] Vielleicht zu leſen: Vide (2). — [c] quo 1 (Druckfehler).

[1] Vielleicht iſt das Bruchſtück Nr. 436 gemeint (de Wette).

[2] vgl. Nr. 403, Note 5; Luther hatte jetzt des Latomus Schrift unter den ihm von Wittenberg geſchickten Büchern empfangen. Ueber ſeine Beantwortung derſelben vgl. 8. Juni.

[3] vgl. Nr. 435 Z. 47. — [4] Zu Pfingſten (in jenem Jahr 19. Mai) wurde der 68. Pſalm im Gottesdienſt geſungen; ſeine Auslegung Erl. 39, 179. Er iſt Niemandem zugeſchrieben. — [5] Döring, vgl. Nr. 426, Note 7.

[6] Lupinus (vgl. Nr. 77, Note 6) ſtarb am 1. Mai; vgl. CR. I, 393, Nr. 113. — [7] Jeſ. 57, 1.

[8] Francisc. Faber, ſpäter Stadtſchreiber in Breslau, ſtudierte in Krakau und ſeit 1520 unter Moſellan in Leipzig, wo er als

Digitized by Google

Franciscus Faber Silesius poeta insignis inscribiert ist; vgl. Bauch, in der Ztschr. f. Gsch. Schles. XVII, 276. Er schrieb: Sylva de Incendio Lutheranorum librorum. 1520. (vgl. Panzer, Annal. IX, 123, 160; 176, 143.)

[9] Ludus in Caprum Emserianum. (Dialogus Capri et Empusae. Varia in Emserum carmina.) Wittenb. 1521. (vgl. Panzer, Annal. IX, 81, 127.) — [10] vgl. Nr. 408, Note 7.

[11] Schwertfeger, der Jurist, vgl. Nr. 113, Note 5; Nr. 408, Note 7. — [12] vgl. Nr. 435, Note 9.

[13] Quod non sit onerosa Christianis confessio Paradoxon Joannis Oecolampadii. Experire Lector quam leue sit onus Domini, quam ubique diligenter curet ecclesie, ne suos oneret ... Am Schluß: Excusum Augustae Vindelicorum ... XX. Aprilis MDXXI. (vgl. Panzer VI, 160, 197.) — Vgl. Aleander bei Kalkoff S. 175.

[14] Ulrichus ab Hutten Eques Cardinalibus, Episcopis, Abbatibus, Praepositis et universo sacerdotum Concilio Lutherum et veritatis ac libertatis causam apud Wormaciam nunc impugnantibus; geschrieben im März 1521, bildet einen Theil der Invectivae Hutteni, vgl. Böcking, opp. Hutt. I, 72 *, Nr. XXXVII; abgedruckt II, 21.

[15] Barthol. Bernhardi, Probst in Kemberg, vgl. Nr. 22, Note 3. — Ueber die Anfechtungen, welche ihn wegen seiner Verheirathung seitens des Erzbischofs von Mainz betrafen, vgl. den Brief an Capito vom 17. Jan. 1522. — Nach Senff, Kirchen- und Rfgsch. von Stolpen, habe sich Bernhardi 1521 am Tag Bartholomäi verheirathet, welchen die Alten diem liberationis Pastorum genannt haben; es könnte damit nur die später erfolgte, von der Eheschließung unabhängige kirchliche Hochzeitfeier gemeint sein. Ueber die Form der Eheschließung in jener Zeit vgl. Köstlin[2] I, 767. — [16] Beziehung auf 2 Mos. 12, 8?

[17] Mel.'s Loci theologici. — Auch über sie berichtet Aleander nach Rom, a. a. O. S. 175. — [18] Hebr. 11, 1.

[19] 2 Kön. 2, 9. — Auch von Andern wurde Luther Elias genannt, die damit jedoch einen andern Sinn verbanden, nämlich den von Maleachi 4, 5.

[20] Ps. 41 (42), 9 nach der Vulg. — [21] vgl. Luc. 22, 53. — [22] vgl. 1 Mos. 12, 1. — [23] Herzog Georg von Sachsen.

[24] d. i. Jakob Probst (vgl. Nr. 233, Note 10); Flemmichen = Flamländer, Fleminger (Tischr. Nr. 2959).

[25] Karsthans, damals gewöhnlicher Name für den Bauer: der Hans, der den Karst führt. Luther nimmt aber hier Bezug auf die 1520 erschienene satirische Schrift: Karsthans (vgl. Nr. 363, Einl.), worin dieser als Repräsentant aller Pfaffenfeinde auftritt. Vom „Karsthans", der gegen Murner's Buch an den deutschen Adel gerichtet war, kommt Luther unmittelbar auf Murner selbst zu sprechen.

[26] Murner hatte seit December, wo seine Schrift gegen Luthers An den Adel deutscher Nation erschienen war (Nr. 379),

Digitized by Google

nichts mehr von sich hören lassen, obgleich er mit noch vielen Schriften gedroht hatte (Nr. 363, Z. 291, wornach Note 8 dortselbst zu berichtigen ist). — [27] Emser. — [28] der Hauptheld in der Epistolis obsc. vir. (vgl. Nr. 8, Note 1).

[29] Collegiatkirchen, im Unterschied von Kathedralkirchen, Kirchen, welche ein Capitel, Collegium von Canonikern hat, aber nicht bischöflich ist; vgl. Friedberg, Kirchenr.[2] 130.

[30] vgl. Nr. 376, Note 7. — Cochlaeus, de act. et script. Luth. ed. Paris. 1565. p. 33: Affigebatur vulvis praetorii (des Rathhauses in Worms) hostilis schedula, in qua fingebantur CCCC equites germani bellum indicere Cardinali et Archiepiscopo Moguntino ... nullius tamen equitis nomen schedulae adscriptum erat; caeterum in fine comminationis apposita cernebatur seditiosa vox Germanica Buntschuch, Buntschuch, Buntschuch. — Vgl. Kalkoff S. 146 f. Der Fehdebrief selbst abgedruckt in Unsch. Nachr. 1747, 167.

[31] Guillermo de Croy, Duque de Sora, Señor de Chevres, Duque de Ariscot, der kaiserliche Minister (nicht zu verwechseln mit seinem Neffen, dem Cardinal, der auch zu Worms starb, vgl. Nr. 397, Note 1), starb am 27. Mai (vgl. Capito an Spalatin bei Seckend. I, § 92, p. 151). Die einzelnen Daten über den Verlauf seiner Krankheit in den Depeschen Aleanders, bei Kalkoff pass., zusammengestellt bei Baumgarten, Karl V., I, 485, woselbst auch seine persönliche Würdigung. Eigenthümliche Gerüchte über seinen Tod, wornach er von den Spaniern vergiftet (Seckend. l. c. nach Varillas, de educatione Principis lb. VI), oder gar „von seiner großen Untreu und bösen Stück wegen uf dem Reichstag heimlichen enthäuptet" worden. (Zimmerische Chronik, ed. Barack II, 307, Stuttg. lit. V. Bd. 92, vgl. Zorn's Wormser Chronik, ed. Arnold, S. 254, Stuttg. lit. V. Bd. 43.)

[32] Aloisius Marlianus, Episcopus Tudensis, vgl. Nr. 403, Note 6. — In einem Brief an ihn vom 25. März verwahrt sich Erasmus dagegen, daß er Luthern beistimme.

[33] Nach Hassencamp, hess. Rfgsch. I, 35, hieß er Heinr. Fuchs (nach der „Aelteste. Nachr. üb. d. Beginn der Ref. in Hersfeld" in: Ztschr. des hist. V. f. Kurhessen 1854, 326: uochs = Vochs), welcher schon seit 1520 evangelisch predigte; von einer Verheirathung desselben wird jedoch nichts berichtet, wohl aber daß er, als er 1523 gegen die Concubinarier auftrat, aus Hersfeld weichen mußte. — [34] Apstgsch. 20, 28.

[35] Der Begleiter Luthers zur Leipziger Disputation (und über diese mit Joh. Cellarius in einen literarischen Streit gerathen) und nach Worms (Nr. 420, Note 2; Script. publ. Witteb. ed. 1560, I, Bl. Aiij[b]: Lutherus hunc sibi comitem unicum ex scholasticis adjunxit), ein Schüler Mosellans (vgl. dessen Brief an Pflug vom 6. Decb. 1519, sub. fin., bei Löscher III); dann 1522 in Stolpen in Pommern reformierend, 1523 von Herzog Boguslaf gefänglich eingezogen, aber bald wieder entlassen, darauf

Digitized by Google

Professor in Greifswald (Joach. Wedel's Hausbuch, Stuttg. lit. V., Bd. 161, S. 74), endlich Secretär und Rath Friedrichs I. von Dänemark und von diesem öfter (1528, 1531, 1532) zu vertrauten Missionen nach Frankreich benutzt (C. F. Wegener, Aarsberetninger. 1861. III, 135. 161. 187 etc.) Vgl. weiter Mohnike's Sastrow II, 82. 616; CR. VI, 922; VII, 143. 165. 986. Er starb 56 Jahre alt im J. 1552 (Script. publ. l. c.)

[36] vgl. Nr. 223, Note 11. — Er war Anf. 1520 auf Betreiben der Dordrechter Obrigkeit wegen eines gegen die Dominikaner gerichteten Volksauflaufs seines Priorats entsetzt und ins Augustinerkloster nach Antwerpen geschickt worden, von wo er aber im Novb. nach Köln und dann nach Wittenberg ging, um seine Studien zu vollenden; vgl. Hoop-Scheffer, Gsch. der Rf. in den Niederl., übers. von Gerlach, 1886, S. 78.

[37] Helt. — [38] Cranach. — [39] Döring oder Aurifaber, nicht Bayer (de Wette). — [40] vgl. Nr. 325, Note 4.

Wartburg. **Nr. 439.** 1. Juni 1521.

Luther an Franz von Sickingen.

Zueignung der Schrift „von der Beichte, ob die der Papst Macht habe zu gebieten."

Gedruckt: Erl. 53, 75, Nr. 31, woselbst auch die andern Standorte; desgl. mit der ganzen Schrift: Erl. 27, 318, woselbst die ersten Drucke; die dieser Schrift als Anhang beigefügte Auslegung des 119. Psalms: Erl. 41, 92.

Erl. 53, 76, Z. 2 lies: erschienen. — S. 77, Z. 1 st. Herr: Er.

[1] Vgl. über diese Zueignung Cochlaeus, de act. et script. Luth. p. 39[b].

[2] S. 76, Z. 16. Si quis suadente] c. 1. in Clem. V. 8; vgl. c. 29, C. XVII. qu. 4.

[3] S. 76, Z. 27] Unterricht der Beichtkinder über die verbotenen Bücher, Erl.[2] 24, 204.

[4] S. 77, Z. 2.] Bucer war damals nicht mehr auf der Ebernburg, sondern befand sich zu Bruchsal als Hofkaplan des Pfalzgrafen Friedrich; vgl. Baum, Bucer S. 128 und Huttens Brief an Bucer von der Ebernburg vom 27. Mai. (opp. ed. Böck. II, 75.)

Wartburg. **Nr. 440.** 8. u. 20. Juni 1521.

Luther an Justus Jonas in Erfurt.[1]

Zueignung der Rationis Latomianae pro Incendiariis Lovaniensis Scholae Sophistis redditae, Lutheriana Confutatio, womit Luther des

Digitized by Google

Latomus Schrift Nr. 294, Note 2 widerlegte. Am Schluß derſelben hat er nochmals eine an Jonas gerichtete Nachſchrift, welche vom 20. Juni datierr. Erſt im Jahr 1526 entgegnete Latomus darauf mit: De Primatu romani pontificis adversus Lutherum, Lovanii mens. Martio 1525, und zwar, wie er in der Zueignung an Julianus de Guver, sacrae theologiae licentiatum ſagt, ſchicke er ihm die responsio ad Lutherum, in qua breviter nisus sum ostendere, eum novi recte sentire et loqui de gratia et peccato in libro per eum edito contra nostrum librum „Rationum", quamvis non dignum putarem responsione, quia paene totus liber nil habet praeter convicia et contumelias, et vix centesimam partem libri nostri attingit, cum tamen polliceatur se toti libro respondere. Sed quia nuper Oecolampadius (in ſeinem Elleboron pro Jacobo Latomo vom 18. Auguſt 1525) illius Lutheranae responsionis meminit, quasi digna fuerit aut sufficiens, ideo visum est paucis eidem respondere.

Wir verweiſen für den Text auf opp. v. arg. V, 397—400 und 520, Z. 31—521. Außerdem iſt Zueignung und Nachſchrift abgedruckt bei de Wette II, 17, die Zueignung allein bei Strobel-Ranner p. 65.

S. 397, Z. 14. Die Worte in Domino Papa et Bulla ejus ſind im erſten Drucke in Majuskeln gedruckt.

S. 398, Z. 34. intuitus bei de W. und Strobel iſt unnöthige Conjectur.

S. 520, Z. 32 lies: ultra. — S. 521, Z. 27 hat der erſte Druck: nostra.

---

[1] Daß der zum Nachfolger Göde's nach Wittenberg als Probſt berufene Jonas damals noch in Erfurt und noch nicht in Wittenberg war, ergibt ſich aus der vom 26. Juni datierten Aufforderung des Kurfürſten an ihn, baldigſt nach Wittenberg zu kommen; vgl. Kawerau, Jonasbriefe I, 65. Er ſcheint erſt nach Mitte Juli übergezogen zu ſein.

[2] S. 397, Z. 8. qui linguarum peritiam calumnietur] In ſeinem De trium linguarum et studii theol. ratione dialogus hatte Latomus den Satz aufgeſtellt: linguas theologo non esse necessarias ad divinarum rerum cognitionem assequendam.

[3] Z. 9. Jesbibenobus etc.] vgl. 2 Sam. 21, 16 f. nach der Vulg. — Abisai iſt Erasmus, welcher gegen Latomus mit ſeiner Apologia rejiciens quorundam suspiciones ac rumores natos ex dialogo figurato, qui Jacobo Latomo inscribitur libb. II, vom März 1519 (opp. ed. Lugd. Bat. IX, 79) auftrat.

[4] Z. 11. incendiariorum] Dieſe Bezeichnung der Löwener entlehnte Luther der ihm damals zu Handen gekommenen Oekolampad'ſchen Schrift (vgl. Nr. 438, Note 13), der Bl. Aij mit Anſpielung auf Löwen (vgl. Bl. C b) von der superciliosa incendiariorum judicum sententia redet. (Kawerau in Luthers WW., Weimarer Ausg., VIII, 43.)

[5] S. 398, Z. 3. gloriatur Latomus] in der an Rudolph de Monckedamis, Goudensis Vicepastor, gerichteten Zueignung ſeiner Schrift. — [6] S. 398, Z. 36. fontes aquarum etc.] vgl. Jerem. 9, 1. 18. — [7] Z. 39. venditat se etc.] vgl. 2 Theſſ. 2, 4. — [8] S. 399, Z. 6. murum pro Israel] vgl. Ezech. 22, 30. — [9] Z. 17. cum Apostolo] 2 Theſſ. 3, 2. — [10] Z. 18. ostium]

Digitized by Google

Coloss. 4, 3. — [11] Z. 19. in laudem] Ephes. 1, 6. — [12] Z. 22. Jonas war als Professor des kanonischen Rechts berufen. — [13] S. 400, Z. 1. opertum] 2 Cor. 4, 3. — [14] Z. 9. Confortare] 1 Cor. 16, 13. — [15] Z. 10. Unter Baalphogor (4 Mos. 25, 3 u. a. a. O.) versteht Luther den Papst, inwiefern? vgl. Wider den falsch genannten geistlichen Stand ꝛc. Erl. 28, 159 ff.

[16] S. 521, Z. 3. Dionysium citat] Latomus nimmt in seiner Schrift (Bl. 46 in opp. ed. Lovanii 1550) den Dionysius, als Schüler des Apostels Paulus und somit als Zeugen für die Gewohnheit der ältesten Kirche in Anspruch. Dieser hebt Eccles. hierarch. VII, 1 (*χαριστηρίους ᾠδὰς ἀναπέμπουσι*) u. 2 (*τελεῖ τὴν πρὸς θεὸν εὐχαριστήριον εὐχήν*) allerdings zunächst die Dankgebete für die Verstorbenen hervor, und soweit ist Luthers Erinnerung richtig. Aber 3, 4 setzt er hinzu: *ἡ μὲν οὖν εὐχὴ τῆς θεαρχικῆς ἀγαθότητος δεῖται, πάντα μὲν ἀφεῖναι τὰ δι' ἀνθρωπίνην ἀσθένειαν ἡμαρτημένα τῷ κεκοιμημένῳ, κατατάξαι δὲ αὐτὸν ἐν φωτί κτλ.* Und somit ist Latomus hier gerechtfertigt. (Kawerau a. a. O. S. 128.)

[17] S. 521, Z. 6. Wenn opp. Luth. ed. Viteb. II, p. 244 und ed. Jen. II, p. 435 die Worte vel Andreas Carolostadius auslassen, so geschah das aus demselben Grunde wie auch z. B. in der Zuschrift der Resolutiones an Spalatin (vgl. Nr. 203, S. 109, w; 119, b), weil man ihn nämlich später irgend einer lobenden Erwähnung Luthers für unwürdig hielt.

[18] S. 521, Z. 11. sic exponit] Bl. 20: Hic locus (Job 9) aperte facit contra Martinum, quod verebatur omnia opera sua, id est, diligenter observabat, quid et quomodo ageret, ne peccaret et sic poenam incurreret, quod sciret, Deum non parcere peccanti.

[19] S. 521, Z. 14. ille exponit sic] Bl. 15: per comparationem intelligitur justitiae hominis ad justitiam Dei, quia tota vita Dei est sine peccato, non autem tota vita justi viatoris. Nam omnis viator pro aliqua parte vitae suae in peccato est, et hactenus invenitur discordans a justitia Dei, secundum quam non vult judicari.

Wartburg. **Nr. 441.** 10. Juni 1521.

Luther an Spalatin (in Coburg).[1]

Original: **1.** anhalt. Ges.-Arch.; — handschriftlich: **2.** Cod. Dessav. A. Nr. 97; **3.** Cod. Jen. a. f. 119; — Drucke: **4.** Aurif. I, 333[b]; **5.** de Wette II, 16. — Deutsch: Walch XV, Anh. LXXIV. — Wir geben den Text nach 1.

Digitized by Google

Egregiae et eruditionis et pietatis viro, D. Georgio Spalatino, a sacris principalibus Saxoniae, suo in Christo charissimo.

Salutem. Et literas tuas novissimas et libellum Oecolampadii antea accepi[2] cum omnibus aliis, mi Spalatine, et nunc, quia per te commodissime fieri putatur, mitto, quae vides, Magnificat completum, et libellum ex sermone natum de confessione, Francisco Sickingen inscriptum, excudendum, si videatur, quam primum. Nam Psalmum 21. antea misi[3] completum ad typos suos.[4] Tu ergo curabis illo ferri et ista, nisi quicquam videatur mutandum. Nam Psalm. 118. ipse nondum constitui, an copulatum malim, an separatim proprium libellum, reliquum missurus, ubi resciero, quid per vos illic consulatur. Nam nunc in manibus laboratum, nondum elaboratum, nuntius relinquere coactus est.[5]

Postillas nondum accepi[6]; erratum est per illum, cui commiseram; scripsi interim, quod si invenire non poterunt, tu curabis ut exemplar brevioris postillae[7] habeam, si habes una cum indice Epistolarum et Evangeliorum. Ego interim epistolam meam vernacula absolvi Dominicae Nativitatis copiosiore enarratione.[8] Latomo etiam respondendum est a me, qui gloriatur in Domino Papa. Miror autem Oecolampadii spiritum, non tam quod in idem mecum inciderit argumentum, quam quod tam liber, confidens et christianus est; Dominus eum servet et augeat, Amen.

Ego hic otiosissimus et negotiosissimus sum, Hebraica et Graeca disco et sine intermissione scribo. Tractat me vir loci hujus[9] ultra meritum longe. Nondum me deseruit[a] malum, quin auctum est, quo Vormaciae laborabam: durissima patior excrementa, ut nunquam in vita, ut remedium desperarim. Dominus ita me visitat, ne sim sine crucis reliquiis, benedictus, Amen.

Miror, quid moretur imperiale edictum. Ex-

Digitized by Google

cusas legi meas literas ad ordines imperii datas[10] in recessu meo, sed mendosas. Hic dicitur, D. Schiferum obiisse, relictis Carolo 1 000 000 aureorum.[11] Audacem Christum, qui hos montes auri nihil vereatur! Sed utinam cognoscant aliquando, quoniam ipse Dominus Deus noster.

Juhiori Principi novissimis literis non respondi, quod non patebat locus, nec puto necessarium, ne multiplicatis literis et loci[b] secretum prodatur occasione quapiam. Tu fac ut pro me ores, hac una re opus mihi est, caeteris omnibus abundanti[c]. Quicquid de me fit in publico, nihil moror; ego in quiete tandem sedeo. Vale in Domino, et saluta quos licet. Ex insula Pathmos, decima Junii, 1521.

Henricus Nesicus.[d 12]

[a] deservit 5. — [b] loois 2 (nach dem hier undeutlich geschriebenen Original, wo man allerdings locis lesen kann). — [c] abundatis 4. 5. — [d] nescius 4. 5.

[1] Am 23. Mai war Sp. im Gefolge des Kurfürsten von Worms abgereist; am 31. schreibt der Kurfürst aus Gerolzhofen (bei Schweinfurt) an seinen Bruder (Förstemann, Urkb. S. 19), er hoffe bis Sonntag (2. Juni) bei ihm, nämlich in Coburg, zu sein; am 10. Juni erhielt Melanchthon einen Brief Spal.'s aus Coburg (CR. I, 396).

[2] Man sieht hieraus, daß L. auf jenen Brief Spal.'s, mit welchem er Oecolampad's Buch (Nr. 438, Note 2) erhalten, nicht geantwortet hat, weßhalb Sp. angefragt, ob er jene Sendung nicht erhalten; vgl. Lenz a. a. O. S. 30.

[3] vielleicht mit dem Brief Nr. 438, obgleich er dort nichts davon erwähnt; vgl. Lenz a. a. O. — [4] opp. exeg. XVI, 237.

[5] Luther hat also mit diesem Briefe den Sermon von der Beichte ganz, von dem Psalm aber nur ein Stück übersandt, da er mit dessen Ausarbeitung noch beschäftigt und der Bote nicht warten konnte. Er überläßt es seinen Freunden, ob sie vielleicht den Psalm als selbständiges Ganze herausgeben wollten; s. auch den Brief an Spal. vom 6. Aug., wodurch unsere Stelle ihre Erklärung findet. (Lenz S. 31.) — [6] vgl. Nr. 433, Note 1.

[7] Am 6. Juli (CR. I, 417) schickt Melanchthon durch Spalatin Postillam breviorem, suis illius manibus conscriptam; das kann nicht, wie Förstemann zu dieser Stelle vermuthet, ein Exemplar der bereits gedruckten Enarrationes sein (vgl. Köstlin[2] I, 802 zu S. 486). War es vielleicht ein Collegienheft, da Luther vor seinem Weggang nach Worms über die Perikopen las? (Felix Ulscenius, 13. Jan. 1521 an Capito in Mainz, Thes. Baum. in Straßburg I, 122: Lutherus ille, ... cui sedulo

Digitized by Google

ausculto, finem jam fecit secundae Decadis totius psalterii; Evangelia secundum tempora praelegere statim aggressurus est.)

[8] Diese Stelle ist bei de Wette, der mit unserm Text übereinstimmt, nicht verderbt, wie Lenz S. 31 vermuthet, und deßhalb statt meam: novam lesen will. Das Original hat deutlich meam. Epistola mea ist seine Auslegung der Epistel des Sonntags nach Weihnachten, welche er in deutscher Sprache in ausführlicherer Fassung bearbeitet hat; sie ist wirklich ungewöhnlich lang, Erl.[2] 7, 248—293; vgl. Köstlin[2] I, 802 zu S. 486. Die Erklärung de Wette's: „ich habe diesen Brief während der ausführlichen Bearbeitung des Evang. von der Geburt Jesu geschrieben", der ich Erl.[2] 7, X folgte, ist nicht richtig.

[9] Hans v. Berlepsch. — [10] Nr. 428.

[11] vgl. Nr. 438, Note 31. Chièvres starb ohne Erben; vgl. Scheurl, Briefb. II, 108.

[12] Nesicus (st. Nescius) ist richtig, und kann trotz der Bedenken Jacobi's in Stud. u. Krit. 1835, 159 mit Bestimmtheit aufrecht erhalten werden. Es liegt nahe, dieses Wort, wie Lindner, Stud. u. Krit. 1835, 82 thut, mit νησικός als Anspielung auf die insula Pathmos wiederzugeben; allein nicht nur wäre dieses Wort ein von Luther gebildetes, bei keinem griechischen Schriftsteller belegbares, sondern Luther war auch in der Aussprache des Griechischen Itacist. Wollte man trotzdem Nesicus in jener Bedeutung nehmen, so bliebe doch das Henricus noch unerklärt.

Frankfurt a. M. **Nr. 442.** 12. Juni 1521.

Johann Cochläus an Georg N.

Bericht über die mit Luther in Worms gehaltene Disputation. — Cochl. gab diesen an einen ungenannten Freund gerichteten Brief im Jahr 1540 heraus, als er wiederum in Worms bei dem in diesem Jahre stattfindenden Religionsgespräch sich befand. Wegen der ausführlichen Darstellung der Wormser Disputation und weil die Schrift selbst so ziemlich unbekannt geworden zu sein scheint, glauben wir die Aufnahme des Briefes, trotz seines größeren Umfangs, in unsere Sammlung rechtfertigen zu können. — Luther erwähnt des Cochläus bei dieser Disputation in Nr. 430 nur kurz, ebenso Tischreden Nr. 2609, ferner in der 1523 erschienenen Schrift: Adversus armatum virum Cocleum, opp. v. arg. VII, 48. Cochläus selbst de actis et script. Luth. gibt gleichfalls nur einen kurzen Bericht. Vgl. auch Aleander's Depeschen bei Kalkoff 150. 158; Steitz, Cochläus (Nr. 3 seiner Reformator. Persönlichkeiten, im Arch. f. Frkf. Gesch. N. F. IV, 110); Geß, Cochl. 1886, S. 12 (welche Beide unsern Brief nicht kennen). — Wie man seitens der Freunde Luthers in Worms das Auftreten des Cochl. beurtheilte, zeigen am schlagendsten die Stellen in Frag und Antwort Symonis Hessi (vgl. Nr. 387; abgedr. bei Böcking, opp. Hutt. IV, 611), in der Lutherisch Strebkatz (bei Schade, Satiren III, 128) und das Spottgedicht auf ihn bei Kapp, kl. Nachlese II, 496. Aber auch katholischerseits gestand man zu, daß Cochl. keine Lorbeeren in Worms errungen, vgl. Königstein's Tagebuch ed. Steitz, S. 19: „Sonntag Cantate 28. April ist unser Dechen Joh. Cocleus wiederkommen und nit viel besunders zu Wormes geschafft. Was man von ihm gesagt, laß ich hie beruhen ꝛc." — Ueber Cochl., eigentl. Dobneck, geb. 1479

Digitized by Google

zu Wendelstein bei Nürnberg (daher von dem Poeten Remaclus in Cöln 1507 Cochlaeus genannt, weil cochlea, Schnecke, damals auch die steinerne Wendeltreppe genannt wurde), gest. 1552 in Breslau, einer der schreibseligsten Gegner Luthers, von diesem aber am wenigsten beachtet, vgl. außer Geß noch Otto. Joh. Cochl. der Humanist, 1874; ferner Kolde, Beiträge zur Kgsch. 1888, Nr. 1: Wie wurde Cochleus zum Gegner Luthers?

Erster Druck: [Blättchen] COLLO- | QVIVM COCHLAEI | CVM LVTHERO, | Vuormatiæ olim | habitum. | * || M.D.XL. — Am Schluß, auf Bl. C_7^a: MOGVNTIAE | Ad diuum Victorem excudebat | Francifcus Behem.*) | 1540. — 3 Bg. in 8. Auf Bl. Aij: Pio Lectori Joannes Cochlaeus S. D.; d. d. Vuormatiae die XII. Nouembris, MDXL; mit Bl. Aiij beginnt der Brief selbst.

*) Franz Behem, aus Meißen gebürtig, war ein Schwager des Cochläus und hatte 1539 in Mainz seine Buchdruckerei errichtet. (Otto S. 189.)

Colloquium Cochlaei cum Luthero Wormatiae habitum, Anno Domini MDXXI.

Die 24. Aprilis, mane vocatus sum a Reverendissimo Domino Archiepiscopo Treverensi, ut Lutherano interessem colloquio: quo de admiratus utique fuissem vehementissime, quod eram reverendissimae Dominationi ejus facie ignotus: nisi me pridie sub Imperiali Missa commonuisset ejus rei Confessor illustrissimi cujusdam Principis Electoris, quanquam joco tum potius, quam serio dictum putabam. Vocatus itaque absque cunctatione comparui, eo sane lubentius, quod Lutherum antea nunquam videram. Quanquam enim per Francfordiam eo venerat, non tamen fuerat a me visus, eo quod in publicam tabernam divertisset.[1] *Sequutus quidem eum postridie fueram, at non eadem via, neque eodem, quo multi discipulorum ejus, animo, ut assisterem ibi in coetu ejus, sed ut meis ibi negociis intenderem: tametsi adventus ejus nonnihil me promptiorem ad ineundum iter illud fecerit.*

Caeterum, ut in curiam reverendissimi Domini veni, vidi nonnullos Principum atque Episcoporum adequitantes[a]*, qui prius illum ad se vocaverunt, ac satis diu sunt ei colloquuti. Quibus abeuntibus, Reverendissimus dominus Treverensis alterum instituit colloquium, sex tantum hominum. Permisit enim*

Digitized by Google

Luthero duos e coetu suorum accipere secum. Ipse quoque duos itidem assumpsit, Officialem scilicet suum et me. Tum vero mox ut consessum est, dominus Officialis loqui jussus bene longum, eruditum tamen, orsus est suadendi sermonem. Et vix dum erat ingressus eum sermonem, quando Archiepiscopus ad januam evocabatur. Cui nos omnes, ut decuit, assurreximus, stando reditum ejus expectantes: rediit autem cito ex janua. Interim tamen ego aliorum perquirebam nomina, benigne exhortans eos, ut nobiscum suadeant Luthero, ad componendam hanc Ecclesiae turbationem: moxque in eum conversus, hoc primum alloquutus sum eum verbo: Si sic pergis, Luthere, perdes nobis tecum nobile illud ingenium, Philippum Melanchthonem, aliosque insignes juvenes, de quibus tanta est bonarum studiosis literarum spes et expectatio. Idque dixi fideliter, et ex animo. Unde is pariter motus, confestim subjunxit: Quid ergo esset faciendum? Tum ego protinus adjeci: Sta alicui judicio. Et jam rursus aderat Dominus reverendissimus, qui hoc nostrum suo reditu diremit colloquium.

Facto iterum consessu, prosequutus est Officialis coeptum sermonem. Posteaquam vero suadendi finem fecit ille, coepit pauca repetere Lutherus, commendans illius admonitionem. Admonuerat enim, ne velit pertinaciter (uti mos est haereticorum) in scripturis intelligendis proprio sensui, contra Ecclesiae authoritatem expositionemque inniti. Veruntamen volebat sibi fas jusque esse Conciliorum Decretis contradicere. Ex illo sane verbo Apostoli: Si alii revelatum fuerit sedenti, prior taceat[2]*: adjungens Paphnutii exemplum, qui Niceno Concilio de prohibendis ordini sacerdotali nuptiis contradixerit. De hoc breviter dictum est ei, quod vir ille sanctus contradixit, ante, non post decretum a Concilio determinatum. In consultatione quidem contradicere licuit, at non post sententiam jam ab omnibus definitam.*

Caeterum de Apostoli verbo longior fuit inter eos

Digitized by Google

tractatus et contentio quaedam. Cumque Lutherus nullo alio dicto se firmaret, sed unum illud frequenter opponeret, tum ego ad dirimendam illam disceptationem brevissime Lutherum interpellans, absque aulica (cui assuetus non eram) pompa et honoris praefatione simpliciter ita interrogavi: Est tibi revelatum? Ille vero intuens me pauculum cunctabundus respondit: Est mihi revelatum. Tum ego: Jam negasti. (Dixerat enim paulo ante modestius: Non dico mihi revelatum esse.) At ille: Non negavi. Rursus ego: Ecquis tibi credat revelatum esse? quo probas miraculo? aut quo id ostendis signo? Nonne quilibet posset hoc modo errorem suum defendere? Tum repente grandi voce dixit mihi socius ejus Jureconsultus[3] teuthonice: Sine tamen eum loqui. Tacui itaque verecundia coram Reverendissimo affectus: sedebam enim proxime ad latus ejus. Nihil profecto audivi, quid ad hoc mihi responderit Lutherus.

Officialis vero, cum ille pertinaciter assereret, Concilium Constantiense in suis Decretis errasse, quaesivit ex eo, in quonam errasset Concilium. Tum ille: In damnatione, inquit, istius articuli Joannis Huss, quod Ecclesia tantum est numerus praedestinatorum: quia Christus dicit[4]: ‚Pater, quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quenquam.' Tum Officialis mox aptissime adjunxit: Nisi filium perditionis, qui et ipse de Ecclesia fuerat. Orta vero contentione, ego iterum, brevitatis gratia, sic interpellavi: Quid opus fuit, Judam excipere, si cum aliis Apostolis Ecclesiae membrum, dum esset Apostolus, non erat? Tum rursus jureconsultus me Teuthonice (neque enim ullum ibi Latinum ex eo verbum, cujus meminisse queam, audivi) repressit, ut eum loqui sinerem.

Lutherus itaque inde ad eam Christi parabolam[5] se convertit, quae de zizania est et tritico. Ego eam ad militantem Ecclesiam retuli. Ipse autem parum apta me subito adortus est quaestione, an zizania esset pars tritici. Tum ego: Nequaquam, crescit tamen simul in eodem agro, in quo triticum. Tum

Digitized by Google

Lutherus alia scripturae loca, tria aut quatuor, proposuit, praemeditatus forte ad hanc disceptationem; exciderunt tamen e memoria: neque enim multum ad rem facere videbantur. Quanquam Jureconsultus ille, velut jam victor, praecipue insultabat mihi, ut ad ea responderem, qui magnus essem Theologus. Tum ego leniter dixi Luthero: Infer ex his allegatis: quo enim syllogismo, aut qua consequentia conclusio tua ex his sequitur? Ille vero ait, se non syllogismis acturum, sed scripturis. Oportet tamen, inquio, ut probes ex allegatis ita sequi. Interpellavit nos Officialis, plura adjiciens. Demum dominus Reverendissimus surgens, colloquium illud nostrum abrupit: instabat enim jam hora prandii.

Tum ego dolens dixi: Hoc modo nunquam bene consules rebus, Luthere: revocasti multa turpiter, quae plerique viri boni et eruditi comprobaverant, et revocasti ea petulanter, ut magis noceres. Cur non vis nunc honeste revocare ea, quae nullus vir bonus approbare potest, ut prosis omnibus? Ad haec ille: Quicquid (inquit) scripsi, in genere scripsi, neminem tetigi nominatim. Hic ego: Neminem? Vide Appellationem tuam. Nonne ibi nominatim dicis Leonem X. haereticum, apostatam, infidelem, tyrannum etc.[6]? Sed exercitato ac pertinaci homini non deest responsio, sive bona sit, sive mala. Ad ista igitur excusanda sic ait: Leo X. est persona publica, non privata. Atque ita valedicens Domino Reverendissimo, cum suis discessit. Quasi vero injuriae per se atroces, non sint multo atrociores, si fiant in personam publicam, quam si fierent in privatam. Abiit tamen ille gloriabundus, velut victor, quamvis ne unum quidem verbum fuisset nobis de ineunda disputatione dictum.

Ego vero, ex dubio ejus responso, cum dixisset, quid ergo faciendum esset, spem concepi, fore, ut si quispiam amice et fideliter adhortando, proponeret ei mala, in quae praeceps ipse cum suis esset, nisi resipisceret, ruiturus, flecti possit et persuaderi. Quo

Digitized by Google

factum est, ut denuo rem, peracto prandio, tacite per me ipsum, absque ulliús jussu, attentaverim, non eo quidem animo, ut ei velim publice et in coetu colloqui, sed ut per medium quempiam ex amicis ejus agerem. Quaesivi igitur Spalatinum, quem audieram illi summa junctum amicitia. Quaesivi autem haud uno in loco, nusquam tamen inveni. Tandem ferebatur esse in hospitio ipsius Lutheri. Intravi igitur, illum perquirens. Incidi autem forte fortuna in Theologum illum[1]*, qui ante prandium simul cum Luthero fuerat in colloquio nostro. Hunc amice compellavi, interrogans de Spalatino, admonensque de rebus Lutheri. Mox vero, ut cum eo stuffam (uti vocamus hypocausta seu vaporaria nostra) intravi, confluxit ad nos Lutherana cohors. Jussus sum familiariter considere, considentibus mihi pariter colloquutoribus illis jureconsulto et Theologo. Tum ego benigne rogabam, ut rem perpenderent melius, magisque ad pacem, quam ad pertinacem resistentiam, Lutheri flecterent animum.*

Cumque inter nos amice confabularemur, subito processit in me Lutheri cucullatus frater[8] *(quemadmodum et ipse cucullatus adhuc erat), cui non loquebar, provocans me admodum contemptim ad disputandum secum. Ad hanc barbaram hominis insolentiam ego quoque parum benigne respondi: Fratercule, nusquamne homines sunt, inquam, nisi Wittenbergae in angulo tuo? Scis, quid hic nuper feceris? Quid tibi fecerat Prior Praedicatorum, quando de ambone descendentem traxisti per cappam coram populo, et improperasti ei errores, quod male interpretatus esset in populari contione Paulum? Nonne per ejusmodi injurias possis perdere salvum conductum patri tuo? Nunquid ad injuriandum datus est illi salvus conductus?*

Inter haec advenit et ipse Lutherus, suane sponte, an ab aliis vocatus, incertum est mihi. Is igitur, ista audiens, hoc nos joco Teuthonice sedavit: Meus quidem frater doctior velit esse nobis omnibus, prae-

Digitized by Google

sertim quando bene potatus esset. Risimus nos: frater autem murmurabat, ob id praecipue, quod fraterculum dixeram. Deinde Lutherus mihi ad latus consedens, confabulabatur nobis satis familiariter.

Ego in antiquo persistens proposito, illud praecipue hortabar, atque orabam, ut ageret mitius, ut agnosceret Ecclesiam, ut amplecteretur pacem, non fore possibile ei, ut sua cum factione expugnet simul cum Pontifice Imperatorem quoque et omnes Principes Statusque Imperii. Haud enim ignorabat ipse, unam esse Caesaris et Principum sententiam, quod nisi revocaret errata, habendus sit pro haeretico. Itaque magnopere rogabam ac deprecabar, ne velit pertinacius obsistere omnibus: si non sibi, saltem populo parceret, atque optimae juventuti literatorum; si proprium periculum contemneret, aliorum saltem haberet rationem, quos in corporis et animae periculum (quae enim salus extra Ecclesiae unitatem esse potest?) secum traheret et involveret. Respiciens item in circumstantes, dolenter dicebam: Qua potes duricia praeclaros hos juvenes, et multo adhuc plures absentes, praesertim Philippum et Jonam, ex quieto et quidem florentissimo literarum studio, in has turbas concitare? Sed obstinatior erat Lutherus, et ferociores erant juvenili calore circumstantes, quam ut sanum consilium corde perciperent, aut admonitionem piam in animos admitterent, forsitan suspitiosius verba mea captantes, nihil a me fideliter admoneri putaverunt. Erat inter eos et Jonas, quem ignoranti monstrabant mihi. Colloquebantur plerique ex astantibus satis benigne. Unus autem querula increpatione objiciebat mihi, fuisse sibi non malam de me expectationem, quid igitur nunc contra bonas literas contenderem? Cui ego: Bonas, inquam, literas veneratus sum semper, ac veneror hodie, ipsis tamen antiquior est apud me fides Catholica. Tum ille Invectivam[9] improperavit, quam in Lutherum a me scriptam sciebat. Hic ego, amici cujusdam fidem expostulans dixi: Fateor equidem, brevem lusisse me

Digitized by Google

in geminas Lutheri ad Pontificem Epistolas responsionem declamatoriam, sripsi tamen, non ut ita ederem, sed ut cum amico ingenium privatim exercerem. Pollicebatur enim ille[10]*, bona fide sese inter me et ipsum solum id acturum mihique responsurum. Nunc bonus vir, promissi oblitus, declamatiunculam meam prodidit, et responsum ad eam nullum dedit. Addidi tamen, non taciturum me post hac, si Lutherus perstet in sua pertinacia. Jactabantur multa hinc inter nos jam Latine, jam Teuthonice, ita quidem vulgariter et promiscue, ut et nobilis quidam, forte (quod nescio) illiteratus, cum dixissem, dolere me de tanta Lutheri pertinacia, iracundius responderit lingua sua: Non tamen dolet ipse. Cui ego: Credo, inquam, sed vereor, ne doliturus sit postea.*

Tum Jureconsultus, licet ipse ad rem nihil diceret, nos tamen ad controversiam summopere incitabat. Cui ego subridens dixi, quod non esset vir pacis, sed magis ad bellum accenderet. Instetit nihilo secius, ut unum saltem dictum, in quo Lutherum errasse putarem. At ego: Non omnia, inquam, scripta ejus legi, imo pauca vidi hactenus, nihil eorum magnopere curans, donec vidi Babylonicam ejus Captivitatem, et neque hanc totam attentius legi. Quicquid autem legi in ea diligenter, id sane displicet mihi plurimum. Tum ille rursus urgebat, ut unum saltem verbum enunciarem. Ego vero admodum invitus in controversiam condescendi, cum tot Lutherani simul cum Luthero circumstarent me unum. Victus tamen demum pudore dixi: Quid opus fuit, tantam de utraque specie in populo tragoediam excitare, cum ipsemet fateatur, non esse necessarium, utramque a laico sumi? Tum Lutherus, ut litem cito contestaretur, proposuit verba Matthaei: Bibite ex hoc omnes. Ad haec ego: Bibunt certe et laici ex hoc sacramento, non quidem sub specie vini, sed sub specie panis. At ille: Cur, inquit, non datur laicis totum sacramentum? Cui ego: Quis dat eis dimidium? Nonne fateris ipse, totum esse etiam sub una specie? Nonne

Digitized by Google

tantum dicis esse sub una specie, quantum sub duabus? Bibunt igitur et laici sanguinem Christi, quia sub specie panis non solum corpus Christi, sed et sanguinem ejus, imo totus Christus continetur. Ad haec ille: Christus tamen instituit sub utraque specie. Verum est, inquam, sed et post coenam instituit; non tamen est necessarium, nos idcirco post coenam sumere. At plenior, inquit, esset repraesentatio sub utraque specie. Scio, inquam, sed et periculosior, praesertim rudi populo, cui species vini citra offensionis injuriam non facile porrigeretur. Unde non sine maxima ratione statuit Ecclesia, laicis unam solum speciem dari, quanquam multis saeculis ipsi quoque laici sub utraque specie inter Missarum solennia communicaverunt. Tum ille: Cur ergo Bohemos vocatis haereticos? Dic eis, inquam, ut reliquos damnatos Vuicleph et Huss articulos abjurent. Quod si fecerint, super hoc facile poterit Ecclesia, unitatis gratia, cum ipsis dispensare, si omnino pertinaciter utraque velint uti. — Haec ferme sunt, mi Georgi, quae de utraque specie disceptavimus, nihil amplius (cujus meminisse queam) attulit Lutherus. Assidentium tamen unus objiciebat mihi calicem Domini, sed facile repellebatur, quia continens ibi ponitur pro contento, et contentum etiam sub specie panis accipitur. Dixit itaque, non esse hanc magnae disputationis materiam; majorem esse de transsubstantiatione et de Missa. Hic rursus impulit me jureconsultus, ut quicquam proponerem. Erat jam stuffa Lutheranorum plena; ideo absque dedecore et irrisione tacere non potui.

Dixi igitur liberius: Qua tu impudentia, Luthere, negas transsubstantiationem, quam ante CCC annos approbavit et asseruit universum concilium Lateranense, in quo praeter Pont. Rom. Innocentium III. et praeter duos Patriarchas, Constantinopolitanum atque Hierosolymitanum, erant congregati LXX Archiepiscopi, CCCC Episcopi, DCCC Abbates et Priores Conventuales, Oratores insuper duorum Imperatorum et omnium Regum christianorum? Hic non aliud

Digitized by Google

accepi responsum, nisi quod non oporteat humanae autoritati stare. Et quidam astantium ridebant me, quod niterer Decretis conciliorum. Rogavi item, cur Thomistis eam opinionem tribuerent, cum sit ante scripta S. Thomae in illo concilio et in Decretalibus approbata? Neque hic dignum accepi responsum. Addidi ulterius: Quid si ante illud quoque Concilium diu fuerit approbata? Beatus namque Ambrosius vocat eam conversionem. Ait enim expresse de sacramentis (lb. 4. c. 4. 5.), virtute verborum consecrationis panem converti in corpus Christi et vinum in sanguinem. At ne hic quidem aliud accepi responsum, nisi quod dixit Lutherus, Ambrosium de mutatione loqui, non de conversione. Misera profecto responsio! nam et falsa est, quandoquidem Ambrosius utroque ibi utitur vocabulo; et si vera esset, nihil tamen solveret. Tamen ego deinceps rationem addidi, quod propter veritatem sacramenti necessarium sit ponere ejusmodi conversionem, quam proprio nomine transsubstantiationem dixerunt posteriores. At nimis ridicule respondit mihi Lutherus dicens: Unde Alexander? Hanc ego irrisionem non alia injuria repuli, nisi quod dixi, hanc rem cum Alexandro non transigi; meam tamen rationem esse meliorem, quam illa ipsius est in sua Babylone de grammaticello pane[11]. *Ipse quoque hoc indigne ferens ait, non ridendam esse grammaticam. Neque eam ego rideo, inquam, sed facile monstrabo, panem in scriptura saepe inveniri extra grammaticum sensum. Ait enim Christus: Panis verus est, qui de coelo descendit; et rursus: Ego sum panis vitae; item: Ego sum panis vivus, qui de coelo descendit.*[12]

Ut autem vidi eum ad irrisiones proniorem, dixi ei, non jam ridicule (ut ipse fecerat), sed serio, me paratum esse, ad aequale periculum cum eo disputare, si ad hoc salvo conductui renunciaret. Hic non risit amplius, sed tacente eo, astantes id aegre ferentes, inclamaverunt Teuthonice, cur deberet salvo conductui suo renunciare? Tum ego: Si non facit

Digitized by Google

hoc libenter, nec ego periculum ejus appeto. Attamen hoc pacto est mihi ante aliquot dies disputatio Lutheri nomine oblata a Doctore quodam Jurisconsulto; is enim coram alio Doctore in faciem dixit mihi: Ubi nunc sunt Theologi, qui Lutherum impugnant? cur ad disputandum non veniunt? Lutherus vellet salvo conductui et omnibus privilegiis renunciare, si quispiam velit secum disputare. Secundum hujus igitur verba hic sum loquutus. Caeterum si non libenter subit periculum Lutherus, disputet tuto absque omni periculo, in suo conductu, modo ferat judices. Ibi mox iterum inclamabant: Quos judices? quos Papa daret? Non, inquam, tametsi ita oporteret, sed quos nobis Caesar et Principes hic congregati dederint. Jam obstructo illis ore, ait Lutherus, sumpturum se judicem, puerum octo aut novem annorum. Egregium, inquam, judicem! Inter haec comites et nobiles aliqui adveniebant, quorum unus assedit. Nos assurreximus a mensa. Jussi rursus considere, resedimus. Obvenit mihi locus inter comitem et Lutherum medius. Ego tamen ducem ipsum Saxoniae Electorem et Lutheri patronum esse putabam. Jussit igitur ille Teuthonice, ut rem nostram exequeremur.

Coeptum est ergo rursus de transsubstantiatione agi. Ulterius itaque interrogavi, quo delirio diceret: Hic panis est corpus meum? qua scriptura, qua ratione probaret? Certe neque scripturam, neque rationem ullam adduxit, sed cavillabat in Aristotelem. Tum ego: Quid hic nobis cum Aristotele? Rem ipsam consideremus; non enim ab Aristotele, sed ab eo, quod res est vel non est, oratio vera aut falsa dicitur. Hic autem panis et corpus Christi sunt diversae res: quomodo igitur vere dicitur: hic panis est corpus Christi? At ille: Duo tantum, inquit, sunt miracula, non plura, de quibus ita dicitur: unum de Christo, quando dicitur: Deus est homo; alterum de hoc sacramento: hic panis est corpus Christi. Hic ego protinus: Non est simile, inquam. Recte enim dicitur: Deus est homo, quia una res

Digitized by Google

est, et unus Christus, qui Deus est et homo. At non est una res, quae sit hic panis grammaticus seu naturalis et corpus Christi verum. Atque ut apertius dicerem, interrogavi, cur ista non sit vera: deitas est humanitas; nonne ideo, quia subjectum et praedicatum sunt diversae res? At ille ridicule subjunxit, nec hanc veram esse: panitas est corpitas, quia in abstracto non verificaretur, sicut in concreto. Ego vero subjunxi, non veram esse hanc rationem, quia et in concretis falsa sit oratio, ubi praedicatum et subjectum sunt diversae res, velut hic: equus est asinus, albus est niger, Cochlaeus est mensa. Subito enim non occurrebant apertiora[b] exempla. Quid ad ista responderit, nescio equidem, nihil sane audivi. Concitus autem priori ardore, rursus provocavi eum rogans, ut sub judicibus, quos Caesar et Principes nobis daturi essent, exactius mecum disputare velit, quia hic nihil ageremus, ipse album diceret, ego nigrum, aut econverso; absque judicibus non posset veritas ista exquiri: acquiesceret igitur (orabam) judicio, sine ullo periculo, quamvis ego poenam juris nollem recusare aut deprecari, si a judicibus condemnarer. Tum certe silentium erat, nihil Comites, nihil astantes in me aperte dicebant. Lutherus autem rursus veniebat cum judice suo, novem annorum puero. Quo contemptim a me rejecto, alium ex astantibus digito monstrabat, adolescentem XVI forte aut XVII annorum. Quo inspecto protinus dixi: Hunc ego nolo judicem. Putabam enim illiteratum esse, unum forte ex ministris Comitum. Petii autem iterum, ut judices acciperet, quos Caesar et Principes nobis delecturi essent. Tunc igitur Lutherus oculos pudore submittens, dixit Teuthonice: Ego nolo nunc facere. Tum ego: Quid ergo hic faciam? Certe non ut disputarem, huc accessi, sed aliqua te monere vellem, quae in hoc coetu admonere non convenit. Comes igitur (ut fertur) de Mansfelt dixit: Ite ergo seorsum et colloquimini, quae vultis. Reliquis itaque manentibus in stuffa, duxit me sursum Lutherus in

Digitized by Google

cubiculum suum. Volui ego fratrem ejus inde secludere, ut colloqueremur soli, sed renuit ille. Ego mox aperui vestem, ut videret me inermem, ne timeret insidias; nihilo secius tamen exire noluit. Tunc et ego nepotem meum puerum [13] *jussi esse intus. Atque ita clauso consedimus nos duo ab illis seorsum ad colloquium. Prior coepit Lutherus, placide multa commemorans, quae contigerant. Fatebatur quidem, se contra Rom. Pontificem injuriis excessisse, indulgentias tamen abolevisse, per quas fueramus decepti. Tum ego similiter benigne et fideliter ei respondi, intellexisse me pridie ex nuncio Apostolico* [14]*, quod non plus petatur ab eo, nisi ut ea revocet, quae aperte sunt contra fidem et Ecclesiam catholicam; de reliquis fore, ut deputentur a Caesare et Principibus viri docti, qui perlectis diligenter libris ejus, separarent mala a bonis, ut haec servarentur, illa perirent. Quod si timore aut pudore inter suos amplius degere nolit, Caesar et Archiepiscopus Treverensis curaturi essent, ut alibi viveret quiete et honeste. Addidi et meos affectus: Vir, inquam, es juvenis adhuc et validus, magni ingenii, studiique ac laboris, rarae eruditionis, maximi nominis; poteris omni posteritati in pia et pacifica sacrarum literarum explanatione utiliter consulere. Nunc vero universum populum Dei potes errorum agnitione pacare, quem tam seditiose concitasti; potes et bonis literis consulere hac una via, si non tibi, saltem tuo parce Philippo* [15]*, ingenio illi divino, ne trahas eum in hoc periculum. Et jam erumpebant lachrymae ambobus. Testor enim Deum, quod fideliter et ex animo cuncta loquebar. Adjeci item, ut perpenderet clementiam Pontificis, Caesarisque et Principum. Quo enim mitiori modo posset secum agi? Cogitaret, quod atrocissimas et antea nunquam auditas in sedem Apostolicam injurias summus Pontifex ei absque poena velit remittere, ut sedaretur ista turbatio. Quod autem indulgentias te penitus abolevisse, inquam, putas, falleris profecto, manent adhuc hodie*

Digitized by Google

in Ecclesiis, et manebunt etiam post nos. Nec ego in omnibus ibi consentio tibi, quanquam de abusibus egregie admonuisti; non tamen ob id ipsae indulgentiae prorsus aboleri debent. Haec et id genus plura jactabamus inter nos. Prae omnibus vero dulcis incidit mentio de Philippo, quem ille in Biblia doctissimum esse affirmabat, et se quidem multo doctiorem, quin imo nullum vivere hodie, qui esset sacrarum literarum peritior. Ego antea quidem hominis illius ingenium, inventionemque ac eruditionem in cultioribus literis pro tantilla aetate vehementer fueram admiratus. Ut vero in sacris quoque literis tantum esse audivi, obstupui paene, et magno inde affectu dixi: Qua tu igitur crudelitate hunc hominem in tanta tecum pericula rapias? Varie sane colloquebamur, jam Latine, jam Teuthonice, ex animo absque ostentatione. Tandem vero mihi tristem atque amaram protulit Teuthonice animi sui sententiam: Mi Doctor, inquit, bene video, quod non mala intentione mecum agis; sed ita res se habet: ego minimus sum in hac causa, sunt alii longe majores atque doctiores. Ego praedico, inquit, et Psalmos publice lego, minimum sane est, quod ego facio. Idcirco frustra fieret, etiam si diu ac saepe revocarem; alii enim, qui sunt multo quam ego doctiores, non tacerent, causam hanc nihilominus prosequuturi. Hanc egō sententiam ejus summo cum dolore audivi. Mox itaque surrexi, et data dextra hominem lachrymans valedixi, praedicens ei nihilominus, me pro virili contra eum scripturis et rationibus pro Ecclesia pugnaturum. Sed et ipse bene responsurum se promittebat, imo verius minabatur.

Habes hic, mi Georgi, totam fabulam, quam tot convitiis, famosisque versibus et libellis in tragoediam mihi vertunt Lutherani, dum calumniose me traducunt apud populum, hic de proditione, ille de injuriis, alius de ignorantia aut alia quavis convitiandi materia, ut sic omni mihi existimatione ejusmodi criminationibus erepta, scriptis meis nulla habeatur fides.

Digitized by Google

Ego tamen eis coram Luthero praedixi, me non solum famam, sed et vitam potius amissurum positurumque esse, quam ut abnegata patrum nostrorum fide ad Hussitarum barbaram sectam deficiam. Criminentur, ut velint, me in fide patrum et Ecclesiae absque omni haesitatione permanere in mortem decrevisse.

Venit mihi altero die obviam Jonas cum duobus aliis Lutheranis juxta monasterium Praedicatorum, egregius sane juvenis, forma elegans et procerus, ac minime barbarus, indignus plane, qui Hussiticos et Thaboriticos in errores, barbaros plane et inciviles, nedum irreligiosos, per venenatos eloquentiae fucos trahatur. Hunc ego post junctas dextras ita compellavi: Audio vos inique ferre (audieram enim ex quodam docto viro D. Capitone, eum ipsum de me sic conquestum fuisse), quod heri Lutherum ad disputandum sub aequali periculo, si salvo renunciaret conductui, provocavi. Scitis tamen omnes, me, quam primum a vobis reclamatum est, mox subjunxisse, ut sine omni periculo disputaret sub judicibus, quia non peterem ejus periculum. Tum ille: Quis ferret (inquit) inique? quis hoc dicit? Miramur tamen te, quod solus ausis a plus quam mille hominibus eruditis dissentire pro barbaris et indoctis. Hic ego: Facite mecum, inquam, utcunque volueritis, non possum fieri Hussita.

Allegabat deinde promptus juvenis pleraque loca B. Pauli literaliter pro commendatione Lutheri, ac me familiariter admonebat, ne quid contra Lutherum ederem (audierat enim de scriptis meis, quae in Babylona Lutheri tamen jam scripseram [16]), fore namque minabatur, ut non minus quam [illegible] et eloquentes in me stylos essent exacuti [illegible] ista, inquam; idcirco mallem vobiscum [illegible] quam scriptis. Scribendo enim nus[illegible] pinque acceditur ad metam aut scop[illegible] putando [illegible] judicibus fieri oporteret. voc[illegible]i. Et ego jam

Digitized by Google

ex eo colloquio vocatus eram ad coenam Reverendi Patris Domini Petri de Aufsas[17], *Decani Herbipolensis. Discessimus itaque ambo (ni fallor) inviti, ex eo colloquio. Postridie recesserunt plerique eorum cum Luthero, quo die ego adhuc mansi illic. Sed versus, quos hic postea vidi, illic non vidi. Tametsi nec illic eos tanti fecissem, ut responsione dignos existimarem, quia leves sunt et indocti, atque sine authore certo anonymi et infames. Bene vale, et longiorem, quam ab initio fore putabam, hanc epistolam dicam an libellum, boni consule. Ex Francofordia Moeni, pridie Idus Junii anno MDXXI.*

[a] Dr. adequitantantes. — [b] Ist aptiora zu lesen?

[1] vgl. Nr. 420, Note 1. — [2] 1 Cor. 14, 30. — [3] Schurf. — [4] Joh. 17, 12. — [5] Matth. 13, 24 ff. — [6] vgl. opp. v. arg. 128. — [7] Amsdorf. — [8] Petzensteiner.

[9] Cochl. hatte eine Invectiva Jo. Cochlaei in duas Epistolas Mar. Lutheri ad Leonem P P. X. Scripta Francofordiae ad Moen. a. 1521 die 20. Janu. geschrieben, die aber zuerst 1545 in seinen Miscellaneorum lbb. III. p. 1 mit seinen noch übrigen ungedruckten Traktaten veröffentlicht wurde.

[10] Wilh. Nesen (?), damals lat. Schulmeister in Frankfurt. — [11] vgl. opp. v. arg. 5, 31. — [12] Joh. 6, 33. 35. 41.

[13] Ein Neffe des Cochl. war Joh. Agricola (Bauer) von Wendelstein, später Cleriker der Diöcese Eichstädt, sein Nachfolger im Canonicat zu St. Victor in Mainz, welcher als Decan dieser Kirche 1569 starb. (vgl. Otto S. 189). Ist dieser hier gemeint?

[14] Aleander. — [15] Melanchthon.

[16] De gratia sacramentorum liber unus Jo. Cochl. adversus assertionem M. Lutheri. 1522.

[17] Petrus v. Aufseeß, aus altem fränkischem Adel, Domdechant von Würzburg, Kanzler des Bisch. Lorenz v. Bibra, „ein wissenschaftlich gebildeter Mann, von großer Klugheit und Ansehen", der 1518 den Paul Speratus zum Domprediger in Würzburg gewann (Cosack, Sper. S. 5); gest. 19. April 1522. Vgl. Reininger, die Archidiacone ꝛc. des Bisth. Würzb. (im Arch. des hist. V. f. Unterfranken, Bd. 38, S. 136.)

Wartburg. **Nr. 443.** 13. Juli 1521.

Luther an Melanchthon.

Handschriftlich: 1. Cod. Jen. b. f. 6; — 2. Cod. Solger. Dresd. C. 351, Bl. 28[b] (alt 116[b]; früher Cod. Roth. in Nürn-

Digitized by Google

berg, vgl. Litterar. Bl. Bd. 5, 1805, S. 103); 3. kgl. Bibl. in Kopenhagen Ms. 1393, Bl. 39; — Drucke: 4. Aurif. I, 334[b]; 5. de Wette II, 21. — Deutsch: Walch XV, Anh. LXXV. — 2 macht aus dem Brief zwei Briefe 1) Anfang — narro (Z. 42), ohne Ueberschrift, und als Ueberleitung die Worte: His adde sequentia coherent (sic), dann 2) von da an bis Schluß, mit der Ueberschrift: Ad Phil. Melanchtonem dum lateret M. L. — Wir geben den Text dieses, wie es scheint, vielfach verderbten Briefes nach 5, unter Benützung von 2 und 3.

D. Philippo Melanthoni, servo Christi fideli, Wittembergensis Ecclesiae Evangelistae.

S.[a] Displicuerunt mihi[b] literae tuae duplici nomine: primum, quod impatientius te ferre crucem intelligo, nimiumque indulges affectibus, ac tener es tuo more; deinde quod me extollis nimio[c], et erras vehementer, dum tanta mihi tribuis, quasi pro causa Dei adeo sim sollicitus.[1] Confundit ac discruciat me tua egregia ista[d] suspicio mei, cum ego hic insensatus et induratus sedeam in otio, proh dolor parum orans, nihil gemens pro ecclesia Dei, quin carnis meae indomitae uror magnis ignibus: summa, qui fervere spiritu debeo, ferveo carne, libidine, pigritia, otio, somnolentia, ac nescio, an, quia vos non oratis pro me, Deus a me aversus sit[e]; tu jam in locum meum succedis, donis Dei gravior et gratior.

Octo jam dies sunt, quod nihil scribo, neque oro, neque studeo, partim tentationibus carnis, partim alia molestia vexatus. Si res melior non erit, omnino Erffordiam ingrediar[2] publico titulo; ibi me videbis, vel ego te, medicos enim aut[f] chirurgos consulam. Non est enim, quod feram amplius id mali, cum decem vulnera magna facilius ferre possem[g], quam modicum hoc laesionis judicium. Forte et ideo sic[h] me molestat Dominus, ut ex ista eremo me in publicum rapiat.

Emsero[3] ego non respondebo; respondeat, qui visus fuerit tibi idoneus, vel Amsdorffius: nisi is dignior sit, quam ut cum hoc stercore committatur.

Digitized by Google

Tuam in asinos Parrhisienses Apologiam[4] cum illorum insania[l] statui vernacule[k] dare[l] adjectis annotationibus. Valde vellem Oecolampadii de confessione librum[5] apud vos itidem vernaculum fieri, ut rumpantur papistae. Ego Postillas in[m] Evangelia vernacula tracto[6], statim missurus ad incudem, ubi denarium[7] attigero.

[8]Quando sic floret res vestra[n], me plane non[o] habetis opus. Atque tibi quoque indignor, qui[p] tantis te laboribus oneras, nec audis, ut parcas tibi: ideo te sensus tuus ducit singulariter. Toties hoc[q] inclamo, sed toties surdo fabulam narro.

[9]De gladii jure sic sentio, ut prius. Nam tu mihi videris petere aut mandatum, aut consilium ex evangelio super hac re: in quo tecum plane sentio, neque praeceptum neque consilium[r 10] esse ejusmodi[s] jus in evangelio, neque conveniebat ullo modo, quum evangelium sit lex voluntariorum et liberorum, quibus nihil[t] cum gladio aut gladii jure. Sed nec prohibitum est ejus jus, imo confirmatum et commendatum, quod prorsus de nulla permissarum rerum[u] legimus.[v] Nam et jejuniae[w] et externae ceremoniae neque praeceptae neque consultae sunt in evangelio, sed neque ulla temporalium rerum cura[x]: atque[y] non conveniebat de iis disponere evangelio, quod solum spiritum[z] in sua[a] libertate disponit; sed nunquid ideo jus non est utendi illis, imo nonne necessitas hujus vitae requirit ejusmodi jus et[b] usum?

Tua ratio pulchre faceret aliquid[c], si omnes obedirent evangelio: ablato enim gladio (quum necesse sit malos plures esse) quam diu stabit ecclesia Dei in hoc saeculo, quum nullus neque vitae[d] neque rerum usu, prae malorum licentia, potiri queat[e]? Sed tu rationibus et inconvenientiis non vis urgeri, sed Scripturis.

Dixi antea neque praeceptum neque consultum esse gladium, sicut neque multa alia, esse tamen commendatum et confirmatum, sicut jus matrimonii,

Digitized by Google

quod itidem nihil ad evangelium pertinet. Habes enim Joannem Baptistam, Lucae 3, qui milites instituit dicens: ‚Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis, sed estote contenti stipendiis vestris.' Certe nisi jus gladii haberent, prohibere debuit, quum illi quaestionem tuam proprie moverent, dicentes: ‚Quid facere et nos debemus?' Hic institutam non habes, confirmatam tamen habes militiam. Nonne cogitas, multo difficilius esse tibi, quid respondeas satis[f] hunc locum contra te adducentibus[g], quam quid tibi respondeatur? Paulus 1. Timoth. 2. jubet orare pro his, qui in sublimitate constituti sunt, exemplo Hieremiae[11] pro rege Babyloniorum[h] orare jubentis, et non jubet orare contra sublimitates tanquam rem vel prohibitam, vel nullius juris existentem.

At illi ethnici erant, inquis; sed non orabat, ut fideles fierent, sed ut[i] essent et subsisterent in pace. Non mihi persuadebis, posse orationem juberi ab apostolis et prophetis[k] pro iis rebus, quae tantum permissae et ferendae sunt, ut subsistant et quietae[l] sint; alioqui pro raptoribus, et (ut tu[m] interpretaris) tyrannis iniquis, ut iniqui sint, orabimus.

Jam Apostolum ad Roman. 13. et 1. Petri 3. non sic a te rejici patior[n], quasi huc non valeant, aut tantum subditos erudiant. Non hoc efficies, Philippe. Verba Dei sunt et magnum sonantia, ubi dicit: ‚Potestas a Deo est, et ordinationi Dei resistit potestati resistens'[o], et ‚minister Dei est'. Non invenies hoc dici de[p] rebus permissis tantum. Non est minister Dei[q], sed hostis, qui injuriam facit, aut quaecunque[r] ferenda infert, nec est permissio vel res permissa minister Dei. Aliud longe est, quod aliquoties scribitur[s], gentem super gentem excitasse bellum[t 12], ut regem Babyloniae[u] contra Tyrum in Ezechiele[13] servum vocans, et spiritum regum Medorum[v] in Hieremia[14] suscitans: et aliud, quod potestas pro pace ordinari[w] dicitur, ad Roman. 13. et 1. Timoth. 2. Nam hic timori mali operis, honori

Digitized by Google

boni operis[x] constitutam dicit: illic vindictae[y], et jam facti mali operis ratio habetur.

Jam quid facies[z], quum Abraham, David, et sanctos antiquos legas gladio usos optime? quos fuisse viros evangelicos[a] certum est, licet pro tempore tantum uterentur. Certe usum rei, qua illi usi sunt laudabiliter, non est pium ab evangelicis viris negari, ut est jus gladii[b]: praesertim cum in evangelio neque[c] sit revocatum neque prohibitum, sed (ut dixi) confirmatum, utique in his[d], qui fideles erant[e], id est[f] militibus Joannem interrogantibus.

Quum ergo Christus in evangelio res divinas et coelestes instituere debuerit, quid mirum, si gladium non instituerit, qui ab[g] humanis creaturis facile ordinari potest, et interim[h] sic eum tractet[i], ut, nisi evangelio repugnaret, eum a se institui, vellet instituere, dum commendat et confirmat institutum, imo dum plane asserit divinitus ordinatum[k].

Petrus et Judas[15] etiam potestates et dominationes[l] sperni et maledici ab Antichristo quoque indignantur. At[m] nunquid permissa licentiosa aut iniqua non licet spernere? Honorem et reverentiameis vult fieri[n]: sed nunquid idem vult permissis et iniquis?

His locis Scripturae captus, non habeo, quod[o] mihi respondeam, Philippe, et[p] multo minus mihi satisfacies[q] in hanc partem, quam ego tibi[r] in tuam. Tu nullum locum habes, qui vel damnet vel prohibeat, vel ullo modo fugere doceat potestatem; ego tot modis confirmatam, commendatam, honorandam, oratione Deo commendandam habeo[s], nisi quod ab evangelio neque imperata neque consulta sit, quod nec matrimonium, nec domus, nec disciplina domus aut civitatis, aut ulla rerum corporalium administratio et cura.

Tu si quid aliter revelatum habes, ostende, sed sic ostende, ut prohibitam, fugiendam, aut solum permissam adseras. Christus enim Pilato datam desuper potestatem dixit[16]; Deum autem dare non in malum hoc loco sonare puto. De his satis.

Digitized by Google

Gratulor Amsdorffio substantia aucto[17], sed magis feliciter profitenti Apostolum. Jam saturi estis, sine me regnatis[18], nec video[t], cur me tantopere desideretis, aut quae necessitas meae operae vobis sit[u]: tu tibi ipsi accersere videris cogitationes, quum felicius habeant res vestrae, me absente, quam praesente: tu legis, Amsdorffius legit, Jonas leget[v][19]. Obsecro, solis vobis vultis annuntiari regnum Dei? nonne[w] et aliis oportet[x] evangelizari? Non dabit vestra Antiochia vel Silam vel Paulum vel Barnabam[20] in opus aliquod spiritus?

Dico tibi: quamquam[y] libentissime apud vos sim[z], tamen nihil[a] gravarer (quando vos jam abundatis), si[b] vel Erffordiae, vel Coloniae, vel alibi[c] Dominus vellet me ostio verbi dignari. Quam multa, quaeso, messis ubique, et nulli operarii[d][21]; vos autem estis omnes operarii[e]. Ratio certe non nostri, sed fratrum nostrorum ubique dispersorum habenda est, ne forte nobis vivamus, id est, diabolo, et non Christo.

Quare vide, ne nimio carnem invicem sapiamus, et[f] magis praesentiam carnis, quam spiritus quaeramus[g]. Ego paratus sum ire, quo Dominus volet, sive ad vos, sive alio[h]. De reditu meo nihil scio prorsus; scis, in cujus manu situm sit.

Scribit mihi Spalatinus, non esse disputatam partem conclusionum de confessione[22], mandato Principis, quod mihi displicet miro modo. Obsecro, deinceps semper praevenite inventa consilia aulae, non sequimini[i], sicut ego hactenus feci; dimidio non factum esset, si in illius consilio pependissem. Sunt etiam ibi homines, sicut et nos. Expostulabo de hoc cum Spalatino.[23] Haec inflant fiduciam adversariis nostris, et timidos nos arguunt. Vale. Literas has jamdudum[24] scriptas ferre quidam promisit, sed[k] fefellit. Orate pro me, quaeso, vos; peccatis enim immergor in hac solitudine. Ex eremo mea, 1521 die Margarethae.

Martinus Lutherus, Eremita[l].

Digitized by Google

[a] nur bei 3. — [b] mihi fehlt 2. — [c] nimis 4. 5. — [d] ista tua egregia 3. — [e] aversus sit a me 2. — [f] vel 4. 5. — [g] quirem 2. — [h] sic fehlt 4. 5; bei 2 erst nach me. — [i] † statim 3. — [k] vernaculo 2; vernacula 3. — [l] donare 2. — [m] st. in: et 2. 3. — [n] florent res vestrae 4. 5. — [o] nihil 2. — [p] quod 4. 5. — [q] hic 3. — [r] consultum 3. 5. — [s] hujusmodi 2. — [t] † commune 2. — [u] rerum fehlt 3. — [v] Sed nec etc. fehlt 2. — [w] injuria 4. 5. — [x] jura 3. — [y] atque enim 2; aeque enim 3. — [z] quae solus spiritus 2. — [a] sua fehlt 3. — [b] aut 2. — [c] aliquid fehlt 2. — [d] vita 2. — [e] potiri poterit 3. — [f] satis fehlt 3. — [g] adducenti 2. — [h] Babylonis 2. — [i] † et 2. — [k] aut ab apostolis aut a prophetis 2. — [l] quieta 4. 5. — [m] tu fehlt 2. — [n] patiar 2. — [o] qui potestati resistit 2. — [p] in 2. — [q] Non invenies etc. fehlt 3. — [r] † non 2. — [s] † Deus 2. — [t] bellum fehlt 2; 5 vermuthet wohl richtig: ad bellum. — [u] Babylonis 2. — [v] † contra Babylonem 2. — [w] potestates ... ordinare 2. — [x] Die Stelle honori boni operis scheint verderbt; 2 hat bloß: non boni; 3: non honori boni operis. — [y] vindicta 4. 5. — [z] facias 4. 5. — [a] st. antiquos etc.: antiquis legibus et gladio usos optime vides? quos viros evangelicos fuisse 3. 4. 5. — [b] st. ut est jus gl.: neque enim Abraae quidquam erat de gladio mandatum aut consultum 2. — [c] non 2. — [d] iis 2. — [e] qui christiani erant seu fideles 2. — [f] id est fehlt 4. 5. — [g] ab fehlt 2. 3. — [h] st. interim: tamen 2. — [i] tractat 2. — [k] institutum 3; imo dum etc. fehlt 4. 5. — [l] et dominationes fehlt 2. — [m] Aut 2. — [n] haberi 2. — [o] quid 2. — [p] et fehlt 2. — [q] satis faceres 3. — [r] tibi fehlt 4. 5. — [s] † potestatem hujusmodi 2. — [t] † quid sit 2. — [u] aut quae etc. fehlt 3. — [v] legit 3. 4. 5. — [w] non 2. 3. — [x] ann. regn. Dei et fehlt 2. 4. 5. — [y] † omnium 2. — [z] sum 2. — [a] non 3. — [b] si fehlt 4. 5. — [c] † ubi 4. 5. — [d] operarii pauci 2. — [e] vos autem etc. fehlt 3. — [f] ut 2. — [g] sapiamus 4. 5. — [h] alibi 2. — [i] Obsecro deinceps inventa consilia aulae ne sequimini 3; praevenite consilio aulae, non sequimini 2. — [k] st. sed: et 2. 3. — [l] August. 4. 5; Unterschrift fehlt 2.

[1] Der fehlende Brief Mel.'s muß also ähnlichen Inhalt gehabt haben mit dem am 6. Juli an Spalatin geschriebenen (CR. I, 417).

[2] Luther wurde durch die in Erfurt aufgetretene Pest verhindert dorthin zu gehen, vgl. 31. Juli an Spal.

[3] auf seine: Quadruplica auff Luters Jungst gethane antwurt, sein reformation belangend; Gegenschrift zu Luther's: Auf das überchristenlich Buch Bock Emsers. Luther antwortete hernach dennoch mit dem: Widerruf seines Irrthums ꝛc. (Erl. 27, 308).

[4] Ueber die Determinatio der Pariser Theologen vom 15. April vgl. Nr. 376, Note 5. Mel.'s Gegenschrift: Adversus furiosum Parisiensium Theologastrorum Decretum, Phil. Melanchthonis pro Luthero Apologia erschien im Juni; s. CR. I, 398. Die Uebersetzung Luthers mit Vor- und Nachrede: Erl. 27, 379. — Glarean an Zwingli, 4. Juli aus Paris (Zw. opp. VII, 176): Damnarunt triumviri Beda, non tamen Venerabilis, Quercus et quidam Christophorus. Nomina sunt horum monstrorum etiam vulgo nunc nota: Belua, Stercus et Christotomus. [Natalis Beda, der Gegner des Faber Stapulensis und des Erasmus; Wilhelm a Quercu oder Duchêne; vgl. über sie als Gegner Luthers Erasmi epp. ed. Cleric. p. 1697; über den Christophorus kann ich keine Auskunft geben.] — [5] vgl. Nr. 438, Note 13.

[6] Ob hiemit die Uebersetzung der Adventspostille oder die Arbeit an den späteren Perikopen zu verstehen, kann zweifelhaft

Digitized by Google

sein; für letzteres spricht die Stelle im Brief vom 31. Juli: quatuor Dominicas transferam. (Lenz a. a. O. 31).

[7] denarium wohl nicht der 10. Bogen (Erl.[2] 7, X), denn Luther konnte nicht wissen, wann sein Manuscript 10 Bogen füllte, sondern (vgl. Brief vom 31. Juli) zu ergänzen: Evangelium, also: wann er 10 Evangelien ausgearbeitet habe. (vgl. Lenz a. a. O. S. 36.)

[8] Dieser Absatz bezieht sich auf die Verhältnisse der Universität, an der manche Umgestaltungen vor sich gegangen, wobei Mel. mehr Arbeiten auf sich genommen hatte.

[9] vgl. über den folgenden Abschnitt Köstlin[2] I, 617; Köstlin, Luthers Theologie II, 485; Lenz S. 35.

[10] Es liegt kein Grund vor, consilium in consultum zu ändern; Luther wiederholt einfach Mel.'s Worte, die er in der vorigen Zeile angeführt hatte, nur praeceptum statt mandatum setzend. — [11] 29, 7. — [12] 2 Chron. 15, 6; Matth. 24, 7. — [13] Ezech. 26. — [14] Jerem. 51, 11. — [15] 2 Petr. 2, 10; Judä 8. — [16] Joh. 19, 11. — [17] vgl. Nr. 444. — [18] 1 Cor. 4, 8. — [19] Jonas war noch nicht in Wittenberg. — [20] Apstgsch. 15, 22. — [21] Matth. 9, 37.

[22] Luther hatte außer der Schrift von der Beichte auch noch Thesen über denselben Gegenstand geschickt (vielleicht in einem um den 20. Juni geschriebenen, verlorenen Briefe, mit dem er den Schluß der Schrift gegen Latomus abschickte); der Kurfürst aber hatte, aus politischen Rücksichten, die Disputation derselben untersagt; vgl. Lenz S. 35; Kawerau in der Weimarer Ausg. v. Luth. WW. VIII, 132; Jäger, Carlstadt 203.

[23] vgl. Nr. 445. — [24] Luther hatte also den Brief schon früher geschrieben, ihn aber jetzt erst bei der Absendung datiert.

Wartburg. **Nr. 444.** (13. Juli 1521.)[1]

Luther an Amsdorf.

Drucke: 1. Aurif. I, 338[b]; 2. de Wette II, 26. — Deutsch: Walch XV, Anh. LXXXI. — Wir geben den Text nach 2.

Gratulor te auctum re familiari per sacerdotium istud Schmollense[2], mi Licentiate, et proficiat vobis. Quod vero scriba ille famam fecerit, me esse in Wartperg[3], permitte; neque enim, ubi sim, Principes ipsi sciunt, quanto minus scriba ille. Caeterum Erffordiae ero propediem, et forte antequam hae ad te literae pervenerint, mo[r] gratia[4]: illic publice agam, si saltem volent ad tempus.

Digitized by Google

Philippus scripsit, te responsurum Emsero[5], si mihi videretur; sed metuo, ne indignus sit te responsore, rursum quum sit Satana plenus, metuo, ne rideat et cavilletur, si quisquam e juvenibus ei respondeat. Nam spiritus, qui in ipso furit[a], aliud non facit, quam ut captet verba, quae cavilletur, re ipsa neglecta. Quidquid fiat: si respondebitis ei, hoc cavete, ut cum ipso nequissimo quodam spiritu, non cum homine vos loqui sciatis. Ipse enim, quid loquatur, nihil intelligit, sed spiritus, qui longo invidiae morbo eum in furorem vertit, et solum, ut irritet et cavilletur, omnia loquitur.

Proinde simplicissime oportet in eum scribi, et praeoccupationibus omnia munire, ne verba vel ansam captet Satanas[b], ut si non ipse (quod desperandum est), sed tamen quilibet, quantumvis rudis, intelligat, eum ad rem nihil dixisse, dum sacerdotes esse probat per inducta Patrum[6], quum ego Scripturas protulissem, frustra scilicet eum garrire. Tritt erfür du Heiliger ꝛc. Nam ego in meo libello affirmavi, Patribus dici sacerdotes hoc genus hominum, quod ipse frustra conatur ostendere.

Ideo Petri, item Apocalyps. 5. et 20. cum praecedentibus et circumstantiis[c]. . . . . et agitandum, insultandumque diabolo, ut unum locum Scripturae proferat, in quo appellari eos sacerdotes probetur, ut et antea insultavi in eodem libro. Deinde irridendum, quod sacerdotes probari vult per illud[7]: ‚Vos estis sal terrae': quasi sal et sacerdos idem sit, quod pueri in scholis noverunt, qui vocabularium Ex quo legunt.[8] Deinde ut eludatur Patrum autoritas clare per Apostolum[9]: ‚Omnia probate', item per August. dist. IX. c. Noli, item per illud Hieronymi super Matthaei 23: ‚Quod de Scripturis autoritatem non habet, eadem facilitate contemnitur, qua probatur'[10]; sed quo Patribus non est credendum ultra, quam sibi credi voluerunt, id est, Scripturis solis ab ipsis adductis. Ideo spiritum istum stultum

Digitized by Google

nondum intelligere argumentum libri sui, quum, non quid Patres dixerint, sed cur dixerint, disputetur: ut intelligat lector, aliud esse dicere, aliud credere, et nos disputare non de dicere, sed de credere dictis Patrum, adeo longe os istud blasphemum abesse a scopo suo proprio.

Caetera vos videritis; modo nihil dubitetis, spiritum malum ex ipso loqui, tanquam vase suo proprie obsesso, qui solum id agat, ut a proposito discedat, et multis libris multiplicet suas blasphemias. Plane malus spiritus est, sed hoc unum deest suae malitiae, quod stolidum, stupidum et indoctum vas obsidet et occupat, quamquam et ipse, quantumvis nequam, suo furenti impetu satis declaret, quam sit circumscriptus Scripturis, et nihil habeat, quod possit pro regno suo in Papensibus digne producere. Idque dolet Satanae isti.

Quod dico, ut animo contemptore et pacato in eum scribatis, nec irritari vos sinatis, quasi in hominem. Hoc enim contemptu (sic tamen, ut irrisionibus eum provocetis et stultitiae arguatis) incredibiliter irritabitis et cruciabitis superbiam superbissimi spiritus, ut multo plures sit evomiturus blasphemias, et se ipsum prodituras.

Ego si prius scivissem, eum esse obsessum daemonio, egregie daemonium exagitassem, quamquam et sic satis exagitavi imprudens; sed ubi Latine scripserit, ut promittit, faciam, quod nondum feci. Visus erat Petrus Suavenius idoneus, sed quia antea tractatus est a Lipsensibus[11], non videtur diabolo danda veteris furoris occasio in eum, quia omnino exemplum hoc cavillator daemon in eum resuscitaret.

Benedictus Deus, qui nobis eam non solum dedit colluctationem adversus spiritualia nequitiae, insuper revelavit nobis, non esse carnem aut sanguinem, a quibus oppugnamur in ista causa. Quare fidite et gaudete; ille, qui ejecit principem hujus mundi foras, non timet ejectum, quem contempsit

Digitized by Google

ejiciendum; ipse regnat, et regnet in nobis peccatoribus et stultis suis, dum Satan furit in sapientibus et justis suis.

Opto esse unus in Hebraeis[12] discipulus, sed et Philippi in Colossensibus. Gratia Christo, qui inenarrabili dono verbi sui sic nos locupletavit. Ego sic gaudeo de vestra abundantia, ut mitissime feram absentiam mei. Video enim me non esse opus vobis, sed vos esse opus mihi. Vale et pro me ora. De Gunthero Stupitio[13] auditus venit ad nos non placens et tristis, sed spero inanem esse. Avertat Dominus id mali a domo ista, Amen. Ex Eremo mea 1521. Martinus Lutherus.

[a] so 2 nach einer Conjektur Veesenmeyers; 1: fuerit. — [b] 1 bloß: S. — [c] circunstantiis 1. 2.

[1] Der Brief wurde wohl gleichzeitig mit dem vorigen geschrieben und abgesandt; vgl. Nr. 443, Note 24. — [2] Schmölln bei Altenburg. — [3] vgl. Nr. 445. — [4] vgl. Nr. 443. — [5] vgl. Nr. 443, Note 5. — [6] Emser hatte den Unterschied von Priestern und Laien aus den Vätern zu erweisen gesucht. — [7] Matth. 5, 13. Vgl. die Widerlegung Luthers Erl. 27, 312.

[8] de Wette hat das Verständniß dieser Stelle durch seine Interpunction unmöglich gemacht: qui vocabularium, ex quo legunt. Aurif., der, wie es scheint, diese Stelle auch nicht verstand, druckt: Qui vocabularium, Ex quo, legunt; einigermaßen richtig. Das Vocabularium Ex quo, ein vielgebrauchtes Lexikon, war ein Auszug aus des Johannis de Janua (eigentl. Johannes Balbi aus Genua, um 1286), ordinis Praedicatorum, Summa. quae vocatur Catholicon. Mogunt. 1460 (Guttenberger Druck). Es führte diesen Titel von den Anfangsworten der Vorrede: Ex quo vocabularii varii autentici etc. Zur Charakterisierung des Werkes geben wir die zwei Wörter sal und sacerdos: „Sal saltz. Et dicitur a salio quia saltet in igne. Sal id est sapientia weyßheyt. unde accipe sal sapientie“; „Sacerdos quasi sacra dans vel docens, quia largus debet esse ein priester. sacerdotissa uxor eius.“

[9] 1 Thess. 5, 21. — [10] Decret. P. I. dist. 9. c. 9; Hieron. comm. in Ev. Matth. lb. IV. c. 2. 3. — [11] vgl. Nr. 438, Note 35. — [12] Hebräisch lehrte jetzt Aurogallus, vgl. Nr. 399, Note 8.

[13] vgl. Nr. 172, 18. Die Staupitze waren mütterlicherseits mit Amsdorf verwandt. Was Luther hier andeutet, ist unbekannt.

Digitized by Google

(Wartburg.) Nr. 445. 15. Juli 1521.

Luther an Spalatin.

Original: 1. anhalt. Ges.-Arch.; — handschriftlich: 2. Cod. Dessav. A. Nr. 98; 3. Cod. Jen. a. f. 120; — Drucke: 4. Aurif. I, 340b; 5. de Wette II, 29. — Deutsch: Walch XV, Anh. LXXVII. — Wir geben den Text nach 1.

Suo in Domino D. Georgio Spalatino, a sacris principalibus Saxoniae Ducis, amico et Domino.

Salutem. Accepi tandem omnia[1], mi Spalatine, et medicinam pillularem tentavi juxta praescriptum, et mox quidem laxato ventre excrevi sine sanguine et violentia, sed nondum bene habet laesa et saucia caro ex pristinis diruptionibus, imo nihil minus dolorum passus sum, quod podicem extruderet vel vehementia pillularum, vel nescio quis casus. Expectabo[a] adhuc semel.

Omnia placent[b], quae de[c] Vittemberga scribis[2], et gratias Christo, qui pro me alios suscitavit, ut jam nihil me opus eos[d] habere intelligam, nisi quod Philippus nimio indulgens affectibus, crucem impatientius fert, quam deceat vel discipulum, nedum tantum tantorum magistrum. Tu vide, ut ejus curam habeas, ne Princeps Illustrissimus eum in re familiari sinat pati penuriam.[3] Displicet mihi, inhibitam de confessione disputationem[4]; erat enim hoc in papistarum ferociam utile exemplum, ut scirent, quid pavoris per meam absentiam Wittembergenses incussissent, qui sine me talia auderent.

Scribit Amsdorffius, quendam scribam[5] Ducis Johannis scripsisse ad Torgensem mulierem, me esse in arce Wartpergae, hinc natum eum rumorem, imo auctum ubique. Persuadebit hic rumor, quod ex aula venerit, sive ille vere scierit, sive divinarit, ut frustra celaverimus hanc rem tanta felicitate. Sic Satan insidiatus rem prodit. Sed et ex hospite meo[6] intelligo, nimis constanter id asseri ubique, ut jam celari res non possit amplius, etsi nos adhuc

Digitized by Google

fortiter celamus, indignantes, nostram fidelem et felicem[e] operam sic[f] leviter frustrari. Caeterum corpore bene valeo, et animo satis alacris sum, ut frustra sibi Philippus de me somnia fingat. Si morbus non remiserit, Erphordiam medicis usurus petam.[7]

Carolum impeti bellis[8], nihil mirum; nihil[g] unquam habebit prosperum, et cogetur alienae impietatis poenam solvere, infelix juvenis, quod veritatem Wormaciae malis consultoribus in faciem sic repudiarit, et Germaniam involvet calamitas sua quoque, quod impietati consensit; Dominus autem suos agnoscet.[9]

Vidi Parrhisiensium sophistarum Decretum cum Philippi Apologia[10], et ex corde gaudeo. Non enim sic eos excaecaret Christus, nisi consulere rebus statuisset et finem tyrannidi illorum facere inciperet. In Latomum misi[h] antea[11] sub incudem. Nihil habeo aliud, quod scribam, eremita tandem verus, ideo vale. [1] Die Divisionis Apostolorum 1521.

Mart. Luther.

[a] Expecto 4. 5. — [b] semel omnia. Placent 4. 5. — [c] e 4. 5. — [d] eos fehlt 4. 5. — [e] fidem, felicem 4. 5. — [f] sic fehlt 4. 5. — [g] nihilque 4. 5. — [h] nisi 5. — [i] † In 4. 5.

[1] Melanchthon hatte am 6. Juli alles von Luther Verlangte an Spalatin geschickt (CR. I, 417), durch diesen hatte L. es jetzt empfangen. Auch das ärztliche praescriptum war mit diesem Briefe abgegangen.

[2] Spal. war mit dem Kurfürsten von Coburg nach Wittenberg gekommen und dort etwa 10 Tage, bis c. 4. Juli, geblieben, während welcher Zeit die Reformen an der Universität vorgenommen wurden, vgl. Nr. 443, Note 8. Spal. ap. Menck. II, 607.

[3] vgl. was Mel. Ende Juli an Spal. schreibt: CR. I, 446. — [4] vgl. Nr. 443, Note 22. — [5] vgl. Nr. 444. — [6] Berlepsch. — [7] vgl. Nr. 443. 444. — [8] Luther zielt hier auf den Aufstand der Comuneros in Spanien und den Krieg mit Franz I. von Frankreich. — [9] 2 Tim. 2, 19. — [10] vgl. Nr. 443, Note 4. — [11] Am oder kurz nach dem 20. Juni; vgl. die Schlußdedication der Schrift an Jonas, Nr. 440.

Digitized by Google

(Wartburg.) Nr. 446. (bald nach 15. Juli 1521.)[1]

Luther an Spalatin.

Original: 1. anhalt. Ges.-Arch.; — handschriftlich: 2. Cod. Dessav. A. Nr. 85; 3. Cod. Jen. a. f. 108; — Drucke: 4. Aurif. II, 8; 5. de Wette II, 32. — Deutsch: Walch XXI, 743. — Wir geben den Text nach 1.

D. Georgio Spalatino, Christi servo, a sacris Principis[a] Electoris Saxoniae, suo in Domino.

Salutem. Venisse ad te literas meas credo, mi Spalatine, nunc alias et alia[2] mitto. Audi etiam commentum meum. Quando jam rumor ita fortis fit de loco meo, ut etsi non audeant asserere, non tamen possint dissuaderi: vellem hanc epistolam inclusam ad te datam[3] tua vel tuorum studiosa incuria sic amitti, ut in manus adversariorum veniret, quasi furtive et velut celando magno sacramento. Atque utinam manus mea in manus porci Dresdensis[4] veniat, qui absque dubio rem facile et libenter prodet. Tu vide, quid consultum videatur. Ego ut valeam, cognosces ex hoc latore. Spero enim meliora. Vale in Domino. Ex Eremo 1521.[b]

[a] principalibus 5. — [b] 1, und ihm folgend 2 (der ihn aber den Briefen des Jahres 1521 einreiht) und 3 haben die falsche Jahrszahl 1520. Bei 1 ist der Brief ohne Unterschrift; 4. 5: Martinus Luther.

[1] Daß dieser Brief bald nach dem vorigen geschrieben wurde, ergibt sich aus seinen Anfangsworten.

[2] Nach Nr. 448 befand sich unter den alia auch ein Stück der Postille. Sp. schickte Alles an Melanchthon weiter zum Druck, worauf sich der Anfang des in das Ende Juli anzusetzenden Briefes Mel.'s an Sp. CR. I Nr. 124 bezieht.

[3] nämlich der folgende, fingirte Brief, durch welchen seine Gegner irre geführt werden sollten. Ob Spal. diesem „naiven Versuch Luthers, einmal schlau zu sein", Folge gegeben, wissen wir nicht. Vgl. Lenz S. 36; Ztschr. f. hist. Theol. Bd. 38, 307; Gust. Freytag, Bilder aus der deutschen Vergangenheit (1. Aufl.) S. 141; Witzschel, Luthers Aufenth. auf der Wartburg. (1876.) S. 16. — [4] Herzog Georg von Sachsen.

Digitized by Google

(Wartburg.) Nr. 447. (bald nach 15. Juli 1521.)

Luther an Spalatin. [1]

Handschriftlich: 1. Cod. Jen. a. f. 10; — Drucke: 2. Aurif. II, 18; 3. de Wette II, 30. — Deutsch: Walch XXI, 744. — Wir geben den Text nach 3.

Salutem. Audio rumorem spargi, mi Spalatine, Lutherum agere in arce Wartperg apud Isenacum, atque id homines suspicari facit, quod illic in silva captus sim. Sed dum illi sic opinantur, ego interim hic tutus lateo, modo fratribus fides adsit, qui circum me sunt. Si me libri editi prodent, mutabo locum. Mirum, quod Boëmiam nemo nunc cogitat.[2]

Sanctus Georgius Dux Saxoniae valde iraxit (?) adhuc, ut audio; proficiat sibi, atque utinam iraxere velit, donec papista est. Ego committo eum cum Landgravia Hassiae, nunc Comitis Solmensis[a] uxore[3]: ipsa novit digne tanto viro respondere, dum suis legatis commisit, ut Avi P.[b] et matris F. P.[c] recordaretur. Nostine, quid illa legatis ejus responderit inter comitia Wormaciana, argutissima mulier?

Erfordiae[4] Satanas suis studiis nobis insidiatus est, ut nostros mala fama inureret, sed nihil proficiet[d]; non sunt nostri, qui haec faciunt. Ita cum resistere nequeat veritati, stulto stultorum in nos zelo cogitat infamare eam. Miror, ista sustineri a Senatu ejus oppidi. Ego jam bene habeo Deo gratia, et a papistis ferior. Ora pro me ac vale. Placet Illustrissimo Principi nostro, nondum esse notum locum meum, nam hac ratione nihil ei scribo. Iterum vale. Ex loco meo, 1521.

Tuus Martinus Luther.

[a] Zolmissensis 1. — [b] avi sui pellificis 1. — [c] filiae pellificis 1. — [d] perficiet 2.

[1] Vgl. zu diesem Brief Nr. 446, Note 3.

[2] Doch schreibt Amicus (Jo. Rogerius Brennonius) am 19. Juli an Agrippa v. Nettesheim: Audivimus Lutherum ad Bohemos tutius profugisse.

[3] Die Landgräfin Anna von Hessen, Mutter Philipps des Großm., seit 11. Juli 1509 Wittwe des Landgrafen Wilhelm II.,

Digitized by Google

hatte 1519 den Grafen Otto v. Solms-Laubach geheirathet; sie starb 14. Mai 1522. Herzog Georg hatte ihr wohl wegen der unebenbürtigen Heirath Vorstellungen gemacht, was sie mit Georgs eigener Abstammung von der Tochter Podiebrad's, Zdena oder Sidonia, abwies, deren Vermählung mit seinem Vater Albrecht auch als eine Mißheirath angesehen wurde. Vgl. Seidemann, Leipz. Disput. S. 55. Ueber Georgs böhm. Abstammung vgl. auch Cordatus Tageb. ed. Wrampelmeyer, Nr. 772. — Die Buchstaben oben im Text sind aufzulösen: avi Podiebrad et matris filiae Podiebrad. Ueber Sidonie, obwohl die Tochter des utraquistischen Georg Podiebrad, doch gut katholisch, große Verehrerin des (damals noch nicht heiligen) Bischofs Benno v. Meißen, gestorben 1. Febr. 1510 auf ihrer Burg zu Tharandt, vgl. v. Langenn in den Mitthl. des kgl. sächs. Alterths.V. 1852; Mencken, II, 1449; Machatschek, Bischöfe v. Meißen, 595.

[4] Ueber diese zweiten Erfurter Unruhen vgl. Nr. 435, Note 4; Kampschulte, Erfurt, II, 127.

Wartburg. Nr. 448. 31. Juli 1521.

Luther an Spalatin.

Original: **1.** anhalt. Ges.-Arch.; — handschriftlich: **2.** Cod. Jen. a. f. 122; — Drucke: **3.** Aurif. I, 342; **4.** de Wette II, 32. — Deutsch: Walch XV, Anh. LXXVIII. — Wir geben den Text nach 1.

D[omino] Georgio Spalatino, Christi discipulo, suo in Domino charissimo.

Salutem. Ne Erffordiam concedam[1], interim pestis intervenit, mi Spalatine. Neque video, quid periculi sit, si occasio esset, illic me morari ad tempus. Neque enim ideo Vittembergam desererem; imo, si alibi etiam docerem, cum ubique sit Christus, idem foret, ac si Vittembergae docerem, quamquam non ambio neque cathedram neque suggestum, nec uspiam concedam eo nomine, nisi fortiter vocatus. Scio non esse doctorem ex Deo, qui sua sponte venit. Hactenus fugi docendi munus; nemo speret, me alium sensum habiturum; semper fu[illegible] Si enim ambivissem, non in hanc solitud[illegible] sissem unquam.

Jo[illegible] bonam d[illegible]

Digitized by Google

papisticis, tu vide, ut perficere spiritus possit, tua opera usus. Sed supra vires meas est, quod petis[3], ut gymnasii christiani formam unus praescribam; multorum consilia et judicia postulat haec res. Habes Vittembergae abunde, qui possint id praestare. Optimum foret, ut universum jus pontificium prorsus excluderetur, tum Principes aliquando, animo accepto, jurisditionem[a] et censuras istas penitus antiquarent in suis terris. Audendum enim est, si quid magnum et salutare paramus. Nam nisi jurisditio[b] ista sacrilega abrogetur et jaceat, jus pontificii veneni quis excludet? Meus sic hospes[4] optime coepit, censuras prohibens[5]; si Principes nomine suo id nollent, dissimularent tamen id fieri per suos praesides et judices, ut sic paulatim irreperet in orbem, ne quis secundum jura papae possit vexari, sed secundum mores et ritus regionum omnia componerentur.

Valetudo mea habet, ut levius egeram, violentis et potentibus vexata remediis, sed natura digestionis nihil mutatur, et saucedo perseverat, quam suspicor processuram in majus malum, percutiente me Domino secundum veritatem suam.

Quae hic mitto reliqua Postillae[6], curabis praecedentibus adjungi, et Vittembergae excudi prae omnibus. Nam festinabo, ut denarium Evangeliorum absolutum emittamus pro uno libro: quatuor Dominicas[7] transferam, et reliqua adjiciam. Quod facio, ne liber nimio magnus terreat legentes et ementes, simul ut interim habeatur, quod discatur. In Christo vale, et ora pro me. Ex Eremo, vigilia Petri vinculati 1521. Mart. Lutherus.

[a] jurisdictionem S. 4. — [b] jurisdictio S. 4.

[1] vgl. Nr. 443. Spal., der diese Absicht Luthers wohl von Mel. erfahren hatte, hatte sie gegen Luther bekämpft, nicht bloß um das Geheimniß des Aufenthalts zu sichern, sondern aus Furcht, Luthern etwa für Wittenberg verlieren zu können. Lenz S. 36.

[2] Jonas, der jetzt nach Wittenberg übergesiedelt war (vgl. Kawerau, Jonasbr. Nr. 59), hatte schon am 19. Juni den Kurfürsten gebeten, ihn von der Verpflichtung, als Nachfolger Göde's

Digitized by Google

über das kanon. Recht zu lesen, zu befreien (vgl. Kawerau Nr. 54 ff.; Mel. an Spal., CR. I, 392). Es wurde ihm erlaubt, Joh. Schwertfeger für sich einzustellen, dem er von den Einkünften der Propstei jährlich 20 Gulden abtreten mußte; Kawerau Nr. 58. 61. 63—65; Seckendorff in den Supplem. zum Index, XLI; Pressel, Jonas 22. 24.

[3] Spal., wohl auch Mel., hatte von Luther einen vollständigen Reformplan für die Universität verlangt, was er hier ablehnt; vgl. auch Nr. 450 am Schluß. — [4] Hans v. Berlepsch.

[5] Er wehrt die Execution des päpstlichen Bannes gegen Luther. Das Beispiel ist wohl halb scherzhaft zu nehmen. (de Wette ad h. l.)

[6] vgl. Nr. 446, Note 2. Luther hatte also seinen Entschluß (vgl. Nr. 443, Z. 36 und Note 7) geändert und die Postille stückweise geschickt.

[7] Die vier Adventssonntage der lateinischen Postille (vgl. Nr. 443, Note 6), deren Uebersetzung er in Folge der verspäteten Zusendung des gedruckten Exemplars noch länger hinausgeschoben hat (vgl. Lenz S. 37); nach den Untersuchungen Dommer's und Bertheau's (bei Dommer, Lutherdrucke S. 156 f.) kam er nicht vor November an die Neubearbeitung der Adventspostille.

(Wartburg.) Nr. 449. 1. August 1521.[1]

Luther an Melanchthon.[2]

(Bruchstück.)

Drucke: 1. Aurif. I, 343, mit der Ueberschrift: Fragmentum epistolae D. Mart. Lutheri ad Philippum Melanthonem ex Pathmo scriptae, Anno M.D.XXI, repertum in bibliotheca Georgii Spalatini; 2. de Wette II, 34. — Deutsch: Walch XV, Anh. CCIX. — Wir geben den Text nach 2.

[3] Nämlich, daß ihr nur die Sünde wissen müßt, und lösen künnt, die euch gebeicht werden; welche aber euch nicht gebeicht werden, müßt ihr nicht wissen noch lösen, das ist zu hoch gefahren, lieben Herren.

Nondum persuadetis, idem esse de sacerdotum et monachorum voto statuendum. Me enim vehementer movet, quod sacerdotum ordo a Deo institutus est liber, non autem monachorum, qui sua sponte statum elegerunt et Deo obtulerunt, quamquam eos, qui ante annos pubertatis vel intra sunt, et has fauces ingressi, sine scrupulo exire posse

Digitized by Google

paene definiam, nisi quod me adhuc remoratur sententia de iis, qui jam senuerunt et diu in hoc statu morati sunt.

Caeterum cum de sacerdotibus Paulus liberrime definiat[4], a daemonibus esse prohibitum eorum matrimonium, et vox Pauli sit vox majestatis divinae, confidendum in ea esse non dubito, adeo ut si etiam pepigissent in hanc diaboli prohibitionem, dum initiarentur, nunc re cognita, cui pacti sint, solvendum pactum esse cum fiducia.

Ista sane diaboli prohibitio, divinis verbis manifeste traducta, valde me urget, et factum Episcopi Cameracensis[5] probare cogit. Deus enim nec fallit nec mentitur, dicens hanc diaboli prohibitionem esse. Si autem diaboli est pactum in eam firmatum, firmum esse non debet, cum errore impio adversus Deum et reprobante ac damnante Deo factum sit. Expresse enim dicit eos spiritus erroris esse, qui prohibendi autores sunt.

Quid ergo trepides huic sententiae divinae concedere etiam adversus portas inferi? Non ita habet juramentum filiorum Israel factum Gibeonitis[6], nam in mandatis habebant, ut pacem offerrent et oblatam admitterent, tum proselytos et ad ritum suum concedentes colligerent. Quae omnia in Gibeonitis facta sunt; nihil ibi contra Dominum factum est, aut spiritibus erroris consulentibus. Licet enim in principio murmurarent, tamen postea comprobaverunt.

Huc adde, quod caelibatus est mere humani statuti, quod homo, qui statuit, solvere potest: ergo et quilibet christianus potest. Quod dico, si etiam a daemonibus statutum non esset, sed per bonum hominem. Talem sententiam Dei de monachis cum non habeam, non est tutum idem de iis asserere. Neque enim ego auderem sequi, quare nec alteri consulere, ut sequatur. Utinam hoc facere possimus, ne ulterius quisquam monachus fie
annos tragismi[a] resiliret. Scandala

Digitized by Google

sunt, ubi non est manifesta Scriptura pro nobis, quantumvis licita sunt.

Quod etiam optimus vir Carlstadius ex Paulo[7] citat[8]: viduas juniores vitandas esse, et sexagenariam eligendam esse, utinam concluderet. Facile enim aliquis dicet, apostolum hoc de futuris statuisse, cum de praeteritis definiat damnatas, quia fidem priorem irritam fecerint[9]: atque sic elusa autoritas illa non erit fidelis petra conscientiarum. Hanc enim quaerimus. Jam ista ratio, quod melius est nubere quam uri[10], seu ut peccatum fornicationis vitetur, matrimonium in peccato fidei fractae ineunt, quid est nisi ratio? Scripturam quaerimus et testimonium divinae voluntatis: quis scit, si cras uratur, qui hodie uritur?

Nam ego nec sacerdotibus conjugium dederim propter solam ustionem, nisi Paulus prohibitionem erroneam et daemoniacam et hypocriticam et Deo damnatam vocaret, ut vel sine ustione cogat istum caelibatum ob solius Dei timorem deserere: tamen in his adhuc utile fuerit latius disputare. Vellem enim et ego monachis et monialibus succurrere, ut nihil aliud aeque. Adeo me miseret miserabilium hominum, pollutionibus et uredinibus vexatorum[b] juvenum et puellarum.

De utraque specie eucharistiae[11] non arguo ab exemplo, sed a verbo Christi. Nihil enim arguit illos, unam accipientes peccasse vel non peccasse, sed hoc movet, quod Christus neutram exegit: sicut nec necessario baptismum exigit, si prohibeat aquam tyrannus vel mundus[c]. Sic separat virum et mulierem persecutionum violentia, quos tamen Deus separari prohibet, neque enim consentiunt separari. Ita nec consentiunt pia corda privari altera specie; qui vero consentiunt et probant, eos papistas, non christianos esse, et peccare, quis negabit?

Cum ergo non exigat necessario, et hic urgeat tyrannus: non video, quomodo peccent unam accipientes. Quis enim per vim auferat invito tyranno?

Digitized by Google

Itaque adhuc nihil urget, nisi ratio, qui dictat, institutum Christi non teneri; sed Scriptura nihil definit[d], sine qua peccatum pronuntiare non possumus. Institutum Christi est, sed liberum permissum, nec incarcerari in totum aut in partem potest[e].

Quid enim fiat, si contingat id, quod Donato[12] martyri contigit, ut fracto aut effuso calice aliqui non participent, non sit ad manum aliud vinum, et multi similes casus? In summa, quia Scriptura non urget hic peccatum esse, peccatum non assero.

Valde autem placet, ut institutum Christi integretis. Nam hoc erat, quod ante omnia cogitabam sollicitare, si ad vos reversus fuissem. Nos enim jam habemus scientiam tyrannidis hujus, et possumus ei resistere, ne cogamur alteram speciem accipere tantum.

Sed et ego amplius non faciam missam privatam in aeternum. Obsecro oremus Dominum, ut festinet nobis ampliorem spiritum suum dare. Suspicor enim fore, ut cito visitet Dominus Germaniam, sicut meretur ejus incredulitas, impietas et odium evangelii. At haec plaga tum nobis imputabitur, quod haeretici Deum provocaverimus, erimusque opprobrium hominum et abjectio plebis[13], illi vero apprehendent excusationes in peccatis suis, et justificabunt semetipsos, ut probet reprobos neque bonitate neque ira bonos fieri, et scandalisabuntur multi. Fiat, fiat voluntas Domini, Amen.

Si gratiae praedicator es, gratiam non fictam, sed veram praedica; si vera gratia est, verum, non fictum peccatum ferto. Deus non facit salvos ficte peccatores. Esto peccator et pecca fortiter[14], sed fortius fide et gaude in Christo, qui victor est peccati, mortis et mundi. Peccandum est, quam diu sic sumus; vita haec non est habitatio justitiae, sed exspectamus, ait Petrus[15], coelos novos et terram novam, in quibus justitia habitat. Sufficit, quod agnovimus per divitias gloriae Dei agnum, qui tollit peccatum mundi; ab hoc non avellet nos

Digitized by Google

peccatum, etiamsi millies, millies uno die fornicemur aut occidamus. Putas, tam parvum esse 130
pretium et redemptionem pro peccatis nostris factam in tanto ac tali agno?

Ora fortiter, es enim fortissimus peccator. Die Petri Apostoli 1521.

[a] 1 am Rande, 2 in Anmerkung: triginta; vielleicht schrieb Luther intra annum trigesimum (Weesenmeyer S. 159); aber gibt obiger Text nicht auch einen ganz guten Sinn: Die Jahre, wo man den Zeugungstrieb stark empfindet? — [b] vexatarum 1. — [c] 1 am Rande für mundus: mutans (nicht mutanus, wie 2 angibt). — [d] diffinit 1. — [e] So ist nach Lenz S. 38 zu lesen, gegen potens bei 1. 2.

[1] Weesenmeyer, Luth. Briefsamml. S. 158 löst das Datum die Petri Apostoli mit: am Tage Petri und Pauli, = 29. Juni, weil um diese Zeit die am Tage Joh. Bapt., 24. Juni unterzeichnete Schrift Carlstadts „Von Gelübden Unterrichtung" erschienen sei. Aber abgesehen davon, daß die Petri eine ganz ungewöhnliche Bezeichnung für den 29. Juni wäre, hatte an diesem Tage Luther doch wohl kaum schon Carlstadts Buch, außerdem nimmt unser Brief auch Bezug auf die am 19. Juli gehaltene Disputation über das Abendmahl. — [2] Dieser Brief wurde wohl mit dem vorigen zusammen abgeschickt.

[3] Diese Worte mögen auf die 8 ersten Thesen der Disputation Carlstadts vom 19. Juli gehen, welche von Sünde und Buße handelten; vgl. Jäger, Carlst. 202; Lenz 38. Überhaupt zu unserm Briefe das ganze Capitel: Carlstadts Kampf gegen Cölibat, Mönchere und Gelübde, bei Jäger S. 176 ff.; ferner Köstlin[2] 1, 497 f.

[4] 1 Tim. 4, 3. — [5] die Verheirathung des Probstes von Kemberg, Barth. Bernhardi von Feldkirchen. — [6] Jos. 9. — [7] 1 Tim 5, 11. 9. — [8] in seiner Schrift „Von Gelübden", vgl. Jäger 195. — [9] 1 Tim. 5, 12. — [10] 1 Cor. 7, 9. — [11] In den Thesen 9—24 der Disputation vom 19. Juli hatte Carlstadt Sätze aufgestellt, in welchen er die Restitution des Laienkelchs verlangte; vgl. Jäger 202; Köstlin 503. —

[12] Donatus, um 362 Bischof von Arezzo in Tuscien. Von ihm erzählt die Aurea legenda des Jac. a Voragine (für Derartiges meistens Luthers Quelle) c. 110: Cum autem, ut refert Gregorius in dialogo [Gregor. Magn. dialog. lb. I. c. 7], quadam die missa celebrata populus communicaret et diaconus communicans Christi sanguinem propinaret, subito paganorum impulsu diaconus cecidit et calicem sanctum fregit. De quo cum ipse et omnis populus plurimum moestus esset, Donatus fragmenta colligens calicis oratione facta ipsum in pristinam formam restauravit etc. — [13] Ps. 22, 7.

[14] Ueber diese, schon von Möhler in seiner Symbolik (S. 1[illegible] der 6. Aufl.) Luthern vorgeworfene Stelle vgl. [illegible]

Digitized by Google

des Katholic. u. Proteſtantism. 1836. S. 652; Köſtlin, L.'s Theol. II, 475. — [15] 2 Petr. 3, 13.

(Wartburg.) Nr. 450. 3. Auguſt 1521.[1]

Luther an Melanchthon.

Original: 1. Rhediger'ſche Sammlung auf der Breslauer Stadtbibl. Nr. $\frac{3}{119}$; — Drucke: 2. Aurif. I, 346 (unvollſtändig); 3. de Wette II, 37 (unvollſtändig; Datum: etwa 6. Auguſt); 4. Kolde, Analekt. S. 33 (das bei 2 und 3 fehlende Stück aus 1, nebſt den dortigen Varianten; falſch datiert: 26. Decemb.). — Wir geben den Text nach 3 und 4.

Salutem. Legi Carlstadii nostri duos quaterniones hac hora allatos de caelibatu[2], et quamquam nollem locum illum de semine Moloch immolato[3] ad profluvium istud naturae detortum (ridebunt enim adversarii torturam ejus loci, cum luce clarius sit, de filiis et filiabus idolo per ignem lustrandis dictum esse), tamen conatum et diligentiam vehementer probo. [res hoc probatur, quod molles comparat Onan, filio Judae[4], cum hic semen nulla passione, sed malitia effunderet, nec statutum est, an mollicies fornicatione aut adulterio major minorve sit.][a]

Simul et illud me male habet, quod locus Pauli[b] ad Timotheum obscurior est, ut videatur non tam de caelibatu, quam de viduis ecclesiae eleemosyna alendis praecipere, ne gravetur, inquit[5], ecclesia, et has sane turpe sit nubere postea velle, ubi in ecclesiae stipe lascivierint; ex quo non velit confici, ut juniores a caelibatu rejecerit[c]. De viduis enim solis loquitur, et has a stipe ecclesiae rejicit, si sint juniores et lascivae.

Rursum et hoc movet in contrarium, quod in prioribus literis scripsi[d][6], Paulum videri de futuris cavere, scilicet praeterita non facere irrita, ut hic locus de virginitate et caelibatu prorsus nihil urgeat. Aliud enim est viduam defuncto marito et caeteris omnibus destitutam suscipi ad alimoniam communem,

Digitized by Google

et aliud virginitatem et caelibatum suscipere. Quod ideo dico, quia vellem a vobis nihil prodire, quod obscuris et ambiguis Scripturis nitatur, cum a nobis exigatur lux, quae plus quam solis et omnium stellarum sit, neque sic vix[e] vident.

Jam quis coget illud: ‚volo juniores nubere'[7], ad viduas pertinere, ac non potius ad generalem exhortationem omnium adulescentularum, praeter illas damnatas viduas: sicut et permiserat, juniores sicut sorores etc.[8] Neque enim dixit, volo juniores viduas nubere, cum damnarit eas nubere volentes.

Vehementer urget, quod damnatas asserit istas viduas juniores propter fidem irritam factam, quod quomodo dilui possit dextre, dubito; certe fidem illam ligasse juniores sequitur, quantumlibet juniores sint, si propter eam damnantur. Rursus hoc aliquid est quoque, quod tale genus viduarum illud fuerit, quod non personali voto, sed suffragiis ecclesiae communibus eligeretur. Dicit enim: ‚vidua non eligatur'[9], et hic locum habeat potestas rejiciendi, quas visum fuerit, sed electis nulla libertas recedendi.

Testimonia vero veteris legis de solvendis votis rigidissima prorsus me nihil movent, cum impossibile sit, ea vel intelligi vel applicari posse ad votum istud castitatis, cum nemo ignoret, ei populo ea esse data, cui sub maledicti et opprobrii poena gravissima[f] non licuit caste vivere, multo minus vovere.

Et plane hoc mihi obtinui, castitatem sub voto cadere, non[g] probari per Scripturas ab nec lege nec exemplo. Reliquum est, 1. Corinth. 7 in arbitrio hominis illud relinqui, deinde legibus et statutis hominum non posse ordinari, nisi inspirante Satana. Haec apud me certa sunt, sequatur inde, quicquid potest. Periculum igitur est, vovere castitatem; sed ideo non valere, quis asserat, cum potuisset et libere castus vivere, consiliis et exemplis Scripturae instructus?

Quamquam ego varie cogitans illud adspicio,

Digitized by Google

quod Petrus Actor. 15. libertate spiritus etiam onus legis impossibile a se et omnibus rejecerit, cui tamen fuerat subjectus, nihil causatus nisi impossibilitatem ejus, consensitque ei tota ecclesia, et ipse postea cum gentibus edebat; sed rursum hoc obstat, quod non autoritate propria, imo de coelo habuit mandatum, ne quid immundum duceret, id est, legem non esse necessariam gentibus: tamen hoc absque oraculo intulit, nec sibi nec Judaeis esse necessariam, libertatem etiam sibi vendicans lege onerato, per exemplum gentium.

Rursum cogito Christum[h], qui filiam Abrahae colligatam 80[1][?] annis in sabbato curavit[10]: quid si et hic incurvati sint per Satanam, et saltem magna pars voventium, dum nondum probato spiritu voverint ex suo vel Satanae fervore?

Prorsus mihi omnium istarum rerum dilutio aliqua facillima creditur, sed quae nondum appareat nobis. Si enim Christus praesens esset, non dubito, vincula[k] ista dissolveret, votaque irritaret omnia, neminemque sineret votorum involuntario onere premi, cum sit salvator et episcopus animarum: ut prope mihi hic libertate spiritus utendum esse videatur, et perrumpendum, quicquid obstiterit saluti animarum.

Neque enim ipse hactenus ullo oraculo, ullo signo, ullo testimonio ostendit, sese vovendi hoc placitum habere acceptum, et res plane periculosa sit, hoc sequi, quod illum non constiterit ullo modo probare, maxime cum tot animas perire invitas et necessario videamus, quibus alias optime poterat consuli, si hoc incerti meriti votum non esset. Nonne hoc est currere in incertum? nonne aërem pugno verberare[11]? Quin ergo revocamus cursum? Et vellem mutuis ac praestantibus nos collationibus ista post tractare, fortasse adderet Christus nobis plus spiritus et scientiae tum et libertatis. At vos interim rogo spiritus amplior illustret.[1]

Accedit ad hoc argumentum mihi magnum,

Digitized by Google

quod hoc votum nunquam est probatum infra 14 annos etiam apud homines, ut scilicet votum in totam vitam sit illicitum. Quis vero certos facit, quod post 14 annos unquam valeat in totam vitam? Deus tacet, homo nescit. Miseros nos, qui sic in incerta ferimur, et pro certis ea sequimur; ut hoc etiam argumento temerarium et Deo ingratum esse videatur, qui est Deus consilii et scientiae[m], non Deus temeritatis et ignorantiae aut incertitudinis. Vides, quantis urgear aestibus[n], et tamen statuere in his nondum feliciter possum, nisi quod juvare conatum vestrum valde cupiam.

Porro ego vota intra 20 annum facta absque scrupulo rescidi aliquando, et adhuc rescinderem, quod sine consilio et scientia facta esse nemo non videat; sed non nisi eorum votis id feci, qui nondum statum aut habitum mutarant. Nam de iis[o], qui jam sacrifices facti sunt in monasteriis, licet ante 20 annos voverint, nihil adhuc tentavi; nescio, quae nubes pompae hujus et opinionis humanae me hic male vexat[p].

Dominus Jhesus erudiat et liberet nos per misericordiam suam in libertatem nostram. Certe nos populus sumus, cui nulla lex debeat imponi, praesertim in totam vitam, sed libera omnia relinqui. Quod secus fit, non bono spiritu fieri timendum est.[q] De iis satis.

Spalatinus secundo[12] scribit, ut in ser[mone] de con[fessione] illud Johannis explicem latius: ‚quorum retinueritis, retenta erunt'. Si non est a me explicatum, miror, cum id memoria signarim praecipue tractandum propter adversarios, nisi eum movet, quod vos movet obscurum istud. At nunc difficile fuerit mihi, qui praecedentia et sequentia non videam fortuitum emblema[r] vobis mittere, tamen conabor, si opus sit forte, ut vos quo poterit opportuniore loco inseratis mutatis mutandis. Conqueritur[s] etiam mihi de tarditate vestra excudendi, arguo itaque[t] increpo vos opportune et importune.

Digitized by Google

Ecce quod ultra faciam? Habetis, ut audio, sex prela, et ego, ut numero, solus quattuor occupo, Methodus[13] tria et Carlstad duo. Miror autem Magnificat meum non finitum esse. Velim autem Postillas bono et correcto typo excudi.

De mea valetudine volo vos nihil sollicitos esse, aut, si resciero sollicitos esse, nihil amplius confitebor. Quis scit, an sic sit finis ministerii mei? Nonne satis tumultuum unus ego concitavi? Non frustra vixi, utinam Deo gratum vixerim! Video spiritum vestrum adeo crescere, ut meus minui sibi videatur, de quo et glorior, atque utinam ego nihil fiam, vos autem omnia. Tantum oretis pro me, ut non deficiat fides mea in Domino. Responde, quaeso, an consultum videatur Quercubus et Belis Sorbonnicis[14] me respondere. Nam id negotii me sollicitat, ut nomen meum quoque in eos impetum faciat, an veritate latius patrocinari oporteat. E vestro enim spiritu mihi petenda video consilia.

De ordinando christiano gymnasio quoque Spalatinus scripsit ad me[15], sed id meas unius vires superare respondi. Vos curate, ut homini satisfaciatis, poteris ei has tradere[16], si voles, legendas. Vale. Stephani Protomartyris 1521.

T. Martinus Luther.

[a] Die Worte in [], bei 1 am Rande, fehlen 2. 3. — [b] Pauli fehlt 2. 3. — [c] ejecerit 2. 3. — [d] scripsit 2. 3. — [e] ſt. vix: tamen 2. 3. — [f] communissima 2. 3. — [g] † posse 2. 3. — [h] Christum fehlt 2. 3. — [i] 60. (2. 3.) — [k] ridicula 2. 3. — [l] Et vellem etc. fehlt 2. 3. — [m] scienti 2. — [n] rationibus 2. 3. — [o] his 2. 3. — [p] vexet 2. — [q] 2 und 3 ſchließen hier den Brief, und fügen zur Datierung hinzu: Ex Eremo, anno MDXXI, ſowie die Unterſchrift: Martinus Lutherus. — [r] emblemma 4. — [s] Conquaeritur 4. — [t] ? iſt zu leſen: atque?

[1] Von den 3 Tagen, welche für das Datum Steph. protomart. am Schluß in Betracht kommen können, näml. der eigentliche Stephanstag, 26. Decb. (welchen Kolde annimmt), Steph. translatio, 7. Mai, und Steph. inventio, 3. Auguſt, paßt zu dem Inhalt des Briefs, verglichen mit dem vor- und nachgehenden Briefe, nur der letzte, wie ſchon Köſtlin[2] I, 803 zu 497[1] richtig geſehen hat, dann aber freilich S. 801 zu 478[2] und 802 zu 488[1] wieder den 26. Decb. angenommen hat. Vgl. auch Lenz 37.

[2] De caelibatu, monachatu et viduitate liber, vom 29. Juni, womit er ſeine Theſen vom 19. Juni weiter erläutert;

Digitized by Google

vgl. Jäger 177. — [3] mit Bezug auf 3 Mos. 18, 21; 20, 2; vgl. Jäger 178. — [4] 1 Mos. 38, 9. — [5] 1 Tim. 5, 16. — [6] Nr. 449, Z. 56. — [7] 1 Tim. 5, 14. — [8] V. 2. — [9] V. 9. — [10] Luc. 13, 11 ff. Statt 80 im Text ist 18 zu lesen. — [11] 1 Cor. 9, 26. — [12] Das erste Mal mag Spal. diese Mahnung in dem Brief ausgesprochen haben, den Luther am 31. Juli beantwortete, da Luther auf dieselbe am Schluß unsers Briefs nochmals zurückkommt; vgl. Lenz 39. — Vgl. Weiteres Nr. 453. — [13] Melanchthons Loci. — [14] vgl. Nr. 443, Note 4. — [15] vgl. Note 12; Nr. 448, Z. 18. — [16] Mel. schickte diesen Brief wirklich an Sp., denn CR. I, 448 dankt er für die Rücksendung desselben.

(Wartburg.) Nr. 451. 6. August 1521.

Luther an Spalatin.

Original: 1. anhalt. Ges.-Arch.; — handschriftlich: 2. Cod. Jen. a. f. 116; — Drucke: 3. Aurif. I, 348[b]; 4. de Wette II, 40. — Deutsch: Walch XXI, 758. — Wir geben den Text nach 1.

Suo Georgio Spalatino.

S[alutem]. Ex hospite meo[1] accepi dialogos[2] et duos Carlstadii[3] quaterniones. [a] Deus, nostri Vittembergenses etiam monachis dabunt uxores? At mihi non obtrudent uxorem. Dialogorum autor non satis habuit ingenii, satis eruditionis. Et utinam Carlstadii quoque scripta plus lucis haberent, cum et ingenii et eruditionis magna vis in eis sit.

[4] Non est animus, ut omnia, quae mitto, excudantur. Hinc apologiam Philippi[5], nisi aliud videatur, vellem differri, donec otiosa fuerint prela. Idem de Psalmo Exsurgat[6] factum oportuit, cum abundent ea, quae necessaria sunt et urgent[b].

Magnificat meum, obsecro, nondum est absolutum? Miror, sic interiisse Psalmum 118, quem in fine sermonis de confessione certus sum me adjecisse[7], adeo ut pars ejus cum ultima parte eadem[c] quaternione comprehenderetur, ut etiam necesse sit mutilum esse sermonem de confessione. Reliquam vero partem seorsum misi cum altero fasce[8]; forte non diligenter quaeritis. Quae hic remitto contra Catharinum[9], mitte in locum suum, integrum enim habeo eundem.

Digitized by Google

Durities digestionis meae (ut video) perpetua erit, semper lenienda remediis: quarto, imo quinto fere die semel secessum habeo. Mirabilis stomachus! Vale et ora pro me, atque cave, ne tu quoque[10] uxorem duxeris, ne incurras[d] tribulationem carnis. Die Sixti 1521. Mart. Luther.

[a] † Bone S. 4. — [b] urgant 3; urgeant 4. — [c] Luther scheint quaternio hier weiblich gebraucht zu haben; 3. 4 richtig: eodem. — [d] † in 3. 4.

[1] Verlepsch. — [2] Lenz S. 39 fragt: „Was sind die dialogi, für die L. hier dankt?" Man könnte an die verschiedenen satirischen Schriften in Dialogform denken, die in diesem Jahr in Bezug auf den Wormser Reichstag erschienen, z. B. an den Nr. 387, Note 1 erwähnten Dialog des Simon Hessus, ferner an Kunz und Fritz (bei Schade II, 119; S. 324 zu spät erst in den September gesetzt, vgl. dagegen den Brief Mich. Hummelsbergs an Joh. Faber vom 1. Aug., bei Horawitz, Analekten, in den Wien. Sitz.-Ber. Bd. 89, Nr. 44), Gespräch des Apostolicums Angelica und anderer Specerei der Apotheken antreffend D. M. Lutters Lehr (Schade III, 36) u. a. Aber auf keinen der bekannten würde dialo**gorum autor** passen.

[3] vgl. Nr. 450, Anf. — [4] Lenz S. 39 will die folgende Stelle interpungieren: Non est animus, ... excudantur (hinc apologiam ... differri) donec etc., weil sonst als Sinn herauskäme, daß L. den Druck seiner Manuscripte zum Theil gar nicht wünschte. Aber Lenz hat den Sinn dieser Stelle mißverstanden. Nach ihm wünscht Luther, daß vor Allem Mel.'s Schrift gedruckt würde, während gerade das Gegentheil gesagt ist. Luther will, daß nicht Alles, was er schickt, [zugleich oder sofort] gedruckt werde, sondern erst das Nöthigste und Eiligste (quae necessaria sunt et urgent) (vgl. Kawerau im Leipz. theol. Litblatt. 1884, Sp. 59). Das Original selbst hat interpungiert: Non est animus. ut omnia quae mitto. excudantur Hinc Apol. Philippi nisi al. videatur. vellem differri. donec ot. f. prela. idem ... oportuit. cum etc.

[5] Luther meint hier nicht des Mel.'s Schrift gegen die Pariser Theologen, welche schon im Juni erschienen war, sondern seine Uebersetzung dieser Schrift; vgl. Nr. 443.

[6] vgl. Nr. 438, Note 4. — [7] vgl. Nr. 441, Note 5.

[8] Der alter fascis, mit dem der Rest des Psalms abging, wird mit den alia in Nr. 446, Z. 4 eins und dasselbe sein; vgl. Lenz 32. — [9] Was ist hiemit gemeint? hatte Sp. dem Luther einen oder den andern Bogen dieser Schrift zugeschickt, den er hier zurücksendet? — [10] tu quoque, näml. wie der Kemberger Probst Bernhardi. Albrecht von Mainz hatte, da Kemberg unter Magdeburgischer geistlicher Jurisdiction stand, von dem Kurfürsten von Sachsen verlangt, daß er ihm den verheiratheten Priester zuschicken solle; vgl. Spalat. Annal. ed. Cypr. S. 36. Auf diese Verfolgung bezieht sich die tribulatio carnis.

Digitized by Google

(Wartburg.) Nr. 452. (vor 12. Auguſt 1521.)[1]

Luther an die Chriſten zu Wittenberg.

Luther ſchickt den Wittenbergern eine Erklärung des 36. (37.) Pſalms, den er auf ſeine und des Evangeliums Angelegenheit bezieht, und worin er ihnen Muth einſpricht, ſich nicht vor den Papiſten zu fürchten. — Den größten Theil der Pſalm-Auslegung nahm Luther ſpäter, 1526, in die der Königin Maria von Ungarn gewidmeten 4 Troſtpſalmen auf (vgl. Erl. 38, 373).

Gedruckt Erl. 39, 123, woſelbſt auch die erſten Drucke verzeichnet ſind; vgl. Erl. 53, 82. Nr. 33. Bei de Wette II, 60. Lateiniſch bei Obsopoeus, M. Lutheri Epistolarum Farrago etc. Haganoae MDXXV, Bl. Piij.; Aurif. II, 15.

[1] Da der erſte Druck (vgl. Erl. 39, 123) das Impreſſum hat: Gedruckt zu Wittembergk Montag nach Laurentii 1521 (= 12. Auguſt), ſo ergibt ſich daraus, daß de Wette II, 60 und ihm folgend Erl. 53, 82 mit dem Datum „vor dem 1. November 1521" dieſe Schrift zu ſpät angeſetzt haben. Auch Obsopoeus ſetzt ſie etwas zu ſpät an, wenn er ſchließt: Bene valete, Anno MDXXI. postridie Laurentii (= 11. Aug.), indem er jedenfalls obiges Impreſſum in den Text hereinnahm. Richtiges Datum ſchon bei de W.-Seidem. VI, 635.

(Wartburg.) Nr. 453. 15. Auguſt 1521.

Luther an Spalatin.

Original: 1. anhalt. Geſ.-Arch.; — handſchriftlich: 2. Cod. Dessav. A. Nr. 99; 3. Cod. Jen. a. f. 123; — Drucke: 4. Aurif. I, 349; 5. de Wette II, 41. — Deutſch: Walch XX, Anh. LXXIII. — Wir geben den Text nach 1.

Domino Georgio Spalatino, suo in Domino.

Salutem. Secundum et tertium quaterniones de confessione ex te accepi, mi Spalatine, de qua antea eosdem cum primo quoque quaternione ex Philippo[1] acceperam. Sed mirum est, quam me poeniteat et pigeat ejus excusionis; utinam nihil vernaculi misissem, ita sordide, ita negligenter, ita confuse excuduntur, ut typorum et papyri dissimulem sordes. Johannes calcographus est Johannes in eodem tempore.[2]

Digitized by Google

Obsecro te, cura, ne is vernaculas Postillas excudat ullo modo[3], sed ut servetur potius ac remittatur quicquid illarum misi, ut alio mittam. Quid enim prodest laborasse tantum, si tantis sordibus et confusionibus detur caeteris typographis occasio augendi et multiplicandi errati? Nolim hoc exemplo in Evangelia et Epistolas peccari, praestat latere, quam sic edi; denique hac causa jam nihil mitto, cum habeam ferme decem magnos quaterniones in eadem re, nihilque prorsus missurus amplius, donec cognovero, sordidos istos quaestuarios minus curare quaestum in excudendis libris, quam fructum legentium. Quid enim talis excusor videtur cogitare, nisi hoc: sufficit, quod ego pecuniam acquiro, legentes viderint, quid et quomodo legant. Latomi tres quaterniones Philippus misit, qui valde placet[b].

[4] Quam vellem Carlstadium niti, ut caelibatum istum aptioribus Scripturis confutaret; metuo, ne sibi et nobis fabulam excitet. Quae est enim interpretatio: semen dari Moloch, id esse, quod pollui profluvio naturae? quasi ullus homo non sciat, semen eo loci pro liberis et prole accipi, ut Psalm. 77 et Joh. 5 scribitur[5]. Cur non utitur verbis Scripturae, quae hoc malum appellat mollitiem et immunditiam, ut apostolus[6] solet? Jam locum ad Timotheum de rejicienda vidua ad caelibatum torqueri, multis modis et feliciter confutabit adversarius.

Insignis est causa, quam suscepit, et optimus conatus, sed insignem, dextrum[c] et felicem[7] quoque opto. Vides enim, quantum lucis et energiae exigant a nobis adversarii, ut etiam apertissima et aptissima calumnientur. Quo magis curandum nobis est, qui orbis theatrum sumus[8], ut irreprehensibile sit verbum nostrum, ut Paulus docet[9].

Forte aliena hic curo, sed aliena non sunt, si succedat conatus ejus. Quid enim periculosius, quam tantam turbam provocare caelibum ad nuptias, tam infidis et incertis Scripturis, ut postea conscientiarum perpetua divexentur, et pejore quam nunc, cruce?

Digitized by Google

Opto et ego caelibatum liberum fieri, sicut evangelium exigit; sed quomodo id adstruam, nondum satis scio. Verum frustra haec moneo; nolit forte suum cursum remorari, itaque sinendus est.

Mitto explicatum breviter locum Johannis, ut voluisti[10]; vestrae industriae erit in loco commodiore reponere. Nam ego non teneo memoria totum sermonem, suspicor autem, me satis copiose antea[11] haec dixisse, ut abundantia ista non fuerit opus fortasse.

De patientia mei exilii nihil sis sollicitus. Mea enim nihil refert, ubiubi agam, modo non sim tandem onerosus et molestus his hominibus. Neminem enim vellem per me gravari. Omnino autem credo, me hic agere alimonia et expensis Principis nostri, alioqui ne horam quidem hic subsisterem, si scirem hujus viri[12] me consumere substantiam, quamquam et hilariter et libenter omnia mihi ministret. Scis enim, quod, si cujuspiam opes perdendae sunt, Principum perdendae sunt, quod Principem esse, et non aliqua parte latronem esse, aut non, aut vix possibile est, eoque majorem, quo major Princeps fuerit.[13] Tu bene feceris, si me de hoc certum facies. Nam ex hoc homine tam liberali nihil intelligere possum, nisi quod e marsupio principali me sustentet. Sed sic est ingenium meum, ut metuam esse onerosus, ubi forte onerosus non sum, atque hoc metuere etiam decet liberalem animum.

Fui proxima feria secunda in venatione duobus diebus[14], visurus voluptatem illam heroum γλυκύπικρον; cepimus duos lepores et aliquot perdiculas miseras, dignam profecto occupationem hominum otiosorum. Theologisabar etiam ibi inter retia[d] et canes, ac quantum voluptatis[e] attulit species illa rerum, tantum misericordiae et doloris miscuit mysterium. Quid enim ista imago, nisi diabolum significat per insidias suas[f] et impios magistros canes suos, scilicet episcopos et theologos, venantem[g] innoxias istas bestiolas? Nimis praesens erat[h] my-

Digitized by Google

sterium hoc tristissimum de animabus simplicibus et fidelibus.

Accessit et atrocius mysterium, cum mea opera lepusculum servassemus vivum et intra manicam meae tunicae involvissem, ac paulum discessissem; interim canes inventum miserum leporem per tunicam fracto ejus crure dextro et suffocato gutture extinxerunt. Scilicet sic saevit Papa et Satan, ut servatas etiam animas perdat, nihil moratus meam operam.

Denique satur sum ejus venationis; dulciorem arbitror, qua jaculis et sagittis ursi, lupi, apri, vulpes et id genus magistrorum impiorum confodiuntur. Solatur tamen me, quod proximum salutis est mysterium, lepores et innoxias bestias ab homine capi, quam ab ursis, lupis et rapacibus accipitribus, et similibus episcopis et theologis: quod hic ad infernum, illic ad coelum devorari significentur.

Haec sic per literas ad te luserim, ut scias vos aulicos ferivoraces fore etiam feras in paradiso, quas vix multa industria capiat et servet Christus optimus venator; vobis luditur, dum in venationibus[1] vos luditis.

Mutavi consilium, et mitto reliqua Postillarum, cogitans, si forte coeptum sit excudi id, quod prius miseram, ut differri aut inhiberi non possit. Vellem autem excudi in cubitalis papyri modum[15] et Lottheri typis, quia magnus erit liber. Dividam autem eum in quatuor partes anni, de angaria[16] in angariam, ut sit non nimis onerosus et sumptuosus.

Sed frustra haec volo, cum non quod ego velim, sed quod agitur illic, fieri possit. Quicquid vero fit vel non fit, cura, obsecro, ut bona fide custodiantur ista manus meae exemplaria, aut ad me remittantur. Novi, quis eis insidietur Satanas. Miror, anne meum Magnificat aliquando absolutum sit.[17] Vale et ora pro me. Ad festum Assumptionis Mariae[k] 1521.

Martinus Lutherus.

Digitized by Google

[a] 4 und 5 haben das eine Mal Johannes, das andere Mal Joannes; vgl. Note 2. — [b] placent 4. 5. — [c] Veesenmeyer bei de W. ad h. l. vermuthet, es sei exitum zu lesen, aber dextrum ist durch 1 bezeugt; vgl. Note 7. — [d] rhetia 1. — [e] voluptis 4. — [f] suos 4. 5. — [g] venantes 4. 5. — [h] praesenserat 4. 5; 5 mit der Note: Viell. praesenseram. — [i] venatione 4. 5. — [k] Marianae 4. 5.

[1] Hieraus ist auf einen fehlenden Brief Mel.'s zu schließen, den Luther durch Sp. nach dem 6. Aug., wo er noch nichts von der Schrift über die Beichte erwähnt, erhalten haben muß; es wird derselbe sein, mit dem er die 3 Bogen Latomus (Z. 25) erhielt. Bestätigt wird dieß durch Mel.'s Aeußerung an Spal. in der Ende Juli anzusetzenden CR. Nr. 124: Nunc ego ex Latomo quot mittam etc. Vgl. Lenz 40.

[2] Johannes ist Grünenberg, nicht Luft, wie de W. ad h. l. u. Lenz 41. meinen. — Daß de W. hier das eine Mal Johannes, das andere Mal Joannes druckt, verleitete Kawerau im Leipz. theol. Litbl. 1884. Sp. 59 zu der falschen Erklärung, Luther beklage sich hier über die nachlässige Orthographie, indem er dasselbe Wort bald so, bald anders drucke. Richtig dagegen erklärt derselbe unsere Stelle in der Weimarer Ausg. VIII, 132, Note 2. „Hans in eodem" ist ein gewöhnliches Sprichwort für: er ist ein unverbesserlicher Mensch; vgl. Grimm, Wtb. IV², 459; Wander, Sprichwörterlex. II, 356, und die daselbst angegebenen Beispiele. Noch bei Valer. Herzberger, Herzpostille, ed. 1612. I, 2, 195 und 231 kommt das Sprichwort vor. Das von Luther dem Sprichwort beigefügte tempore gibt einen guten Sinn, wenn man tempus in der Bedeutung nimmt, die es in der Musik hat, = Tempo; also: er bleibt immer in demselben Tempo, nämlich in seiner Langsamkeit.

[3] Luther widerruft seinen Entschluß am Ende des Briefs; noch im December druckte Grünenberg an der Postille, und am 8. mahnt Mel. den Spal., daß Luther eile, den Rest des Manuscripts zur Postille zu schicken, Grünenb. drucke mit 2 Pressen. (CR. I, 492.)

[4] vgl. zu diesem Absatz Nr. 450. — [5] Luther citiert hier beide Male falsch: weder Ps. 77, resp. 78, noch Joh. 5 kommt das Wort semen vor. Vielleicht hat er die Stelle Ps. 88 (89), 5 und Joh. 8, 33 gemeint. — [6] 1 Cor. 6, 9; Gal. 5, 19.

[7] Zu diesen 3 Adjektiven hat man conatum zu ergänzen. — [8] vgl. 1 Cor. 4, 9. — [9] Tit. 2, 8.

[10] Luther schickt hier eine kurze Auslegung der Stelle Joh. 20, 22 f., und überläßt es seinen Freunden, sie an passendem Orte der Schrift „von der Beichte" einzufügen. In derselben kommt zweimal eine Behandlung dieser Stelle vor: Erl. 27, 342 und 349. Da aber die 3 ersten Bogen der Schrift bereits gedruckt waren (s. Z. 2) und die Stelle S. 342, noch auf dem dritten Bogen des ersten Druckes steht, so kann nicht diese (so Lenz S. 41), sondern muß S. 349—351 die eingeschobene Stelle sein. — Vgl. Nr. 450, Note 12. — [11] näml. Erl. 27, 342.

[12] Berlepsch. — [13] Friedrich, Astrologie und Reform.

Digitized by Google

1864, S. 130 findet in dieſer Stelle einen Ausdruck der revolutionären Geſinnung Luthers! — [14] am 12. und 13. Auguſt. [15] d. h. in Quarto. — [16] angariae heißen in der kirchlichen Zeitrechnung die 4 Quatember (vgl. Brinckmeier, glossar. dipl. 1856, s. v.), hier ſoviel als Quartal. — [17] Mit dem Brief CR. Nr. 130 ſchickte es endlich Mel. an Spal. Ueber die Datierung dieſes Briefs auf Anf. Septb. vgl. Lenz 43.

Wartburg. Nr. 454. 9. September 1521.

Luther an Melanchthon.

Handſchriftlich: 1. Cod. Solger. der Dresdener Bibl. C. 351, Bl. 31[b] (alt 118[b]), mit der Ueberſchrift: De votis; 2. Kopenhagen, alte kgl. Bibl. Ms. 1393, p. 47; 3. Cod. Jen. b. f. 11; — Drucke: 4. Aurif. I, 351[b]; 5. de Wette II, 45. — Deutſch: Walch XIX, 2234. — Wir geben den Text nach 5, mit Heranziehung von 1 und 2.

D. Philippo Melanchtoni, Christi discipulo et organo, Wittenbergensis Ecclesiae ministro.[a]

[1] Salutem. Methodus tua gratissima est; nihil est, quod mea penuria tuas opes hic moneat, prospere procede et regna. Opto tecum esse, ut de votis istis definire liceat. Infeliciter per literas disputatur, dum hoc alius verbose scribit, quod alter abunde habet, et obmittit, quod maxime quaeritur[2]: sicut in ista confessionis quaestione contigit. Si potero, constituam nos[b] in aliquo loco praesentes occulte, quia[c] res ista me sollicitum habet. Interim in ventum fabuler.

[3] Scribis, te in eo esse, ut votum solvendum credas, si servari non possit, ne votum stet cum peccato. Obsecro, an non obscurissime hoc[d] dicis; nonne sic dicis, ac si velis: ideo non stare votum, quia impossibile est[e] impleri? Et hac ratione etiam divina praecepta solvenda concedas[f].

An id differt, quod praecepta sunt nobis imposita, votum ultro est accersitum? Quid hoc efficit[g], nisi quod non ideo solvendum, quia impossibile, sed quia ultro accersitum? At id ultro accersitum, jam lex Dei factum est, dicente Scriptura[4]: ‚Vovete et

Digitized by Google

reddite'. Ne tu rationem, sed Scripturam in hac re observes, et votum a priori, non a posteriori rescindas, hoc est, ut legem voti et ritum ejus confutes, in quo ego sudo. Ut impleatur aut non impleatur votum[h], nihil moror, neque hinc aliquid[1] apud[k] me efficies: sic enim et divortium probabis, si conjuges prorsus non possint[1] convenire animo. Sed ut valeat, aut non valeat votum, hic mihi laborandum videtur.

Methodus tua[5] non stulte dicit, votorum servitutem alienam esse ab evangelio, et adversariam servituti[m] spiritus; verum nos de votis, non de servitute votorum hic[n] disputamus. Nosti enim, quae sit et ubi sit illa libertas et servitus: non in votis, sed in spiritu, cum liber possit sese[o] omnibus legibus omniumque dominio subdere cum apostolo Paulo, quomodo S. Bernardus et quicunque feliciter religiosi fuerunt, sub votum sese tradiderunt.

Nam et haec libertatis evangelicae pars est, posse se subdere voto et legibus, et lex Dei non est ex fide, ait apostolus[6], utique neque est[p] ex libertate et contra evangelium, et tamen libere sub ea vivimus. Multi ergo[q] liberi sub votorum servitute fuerunt, alioqui erat perfectus jam ille tuus syllogismus: Quicquid est adversus[r] libertatem evangelii, sub maledicto aeterno tollendum est; at votorum religio est hujusmodi; ergo etc. O felicem et optabilem conclusionem!

Quid ergo? Utique nulla lex et servitus est abrogata, ut noceat et adversaria sit, sed ut libera sit, imo omnes leges confirmatae: per fidem enim legem[7] stabilimus[s]. Quare et votorum lex stabit cum evangelii libertate, imo firmabitur per eam.

Quae proximis literis[8] scripsi, excepto Pauli loco 1 Timoth. 3, ubi viduas damnat solutae fidei, me ipsum non satis movebant, sed volui occasionem dare, ut ad radicem, hoc est, ad legem voti, non ad fructus vel sequelam te traderes. Ego quousque promoverim in hac re, scribam tibi.

Digitized by Google

Non alio consilio hic uti posse nos arbitror, quam quo Paulum videmus ad Galatas et ubique in rescindenda lege uti. Putasne, Galatas sese circumcidisse ex animo, tanquam Deo in hoc ipso servientes et obligati? nonne legi sese subdiderant propter Deum, et tales sese Deo obtulerant[t] non aliter, atque se voto[u] religionis quispiam Deo offert? Sed qua ratione Paulus eos retrahit? non quia se subdiderant, sed quia servili conscientia sese subdiderant: nempe quod hoc esset omnium impiissimum in Christi gratiam et spiritum ejus.

Ita mihi hic faciendum cum fiducia videtur, in hunc syllogismum sententia coacta:

Quicunque vovit[v] animo contrario evangelicae libertati, liberandus est, et anathema sit ejus votum. At qui vovit animo salutis aut justitiae quaerendae per votum, est ejusmodi[w]. Ergo etc.

Cum autem vulgus voventium ferme hoc animo voveat, manifestum est eorum vota esse impia, sacrilega, evangelio contraria, ideoque prorsus rescindenda et in anathema ponenda.

Quotos putas voturos fuisse, si scissent voto suo neque justitiam[x] neque salutem consecuturos? Ergo omnes fere involutam secum habent servilem hanc conscientiam, imo ex hac ipsa vovent, ut sperent sese per votum Deo placituros[y], justos et salvos fieri. Quid alioqui (inquiunt[z]) facerem in monasterio? Quare dum hac conscientia vovent, vox eorum aliud nihil sonat, quam hoc: ecce Deus, ego tibi voveo impietatem et idolatriam[a] tota vita, quia vovent, sese bonos fore per opera illa, ne cogitata semel fide justificante. Cum ergo error iste non in re temporali, qui matrimonia legitima alioqui dirimit, sed intolerabilis sit in salutem animae peccans, faciens pro impietate[b] adversus pietatem, omnino tollendus est.

At quomodo tolletur, nisi aut votum[c] ejusmodi rescindatur aut omnino de novo voveatur, hoc est, spiritu libertatis sub votum eatur. Quid enim si

Digitized by Google

impius Manasses[g], velut Abraham imitaturus, cujus libertatem non habet, voveat filium suum immolare[d] Deo per idolum Moloch, non voturus, si sciat impie et sacrilege se agere?

Ita sane ejusmodi voventes non Deo vivo, sed mendacio et idolo cordis sui[e] vovent, ut asperrimam etiam mereantur correptionem ob hujusmodi vota: tantum abest, ut obligentur ad servandum. Certe si id scivissem, dum voverem, nunquam vovissem, quamquam incertus sim, quo animo voverim: magis fui raptus, quam tractus, Deus ita voluit; timeo, quod et ipse impie et sacrilege voverim.

Sic arbitror, nostris Galatis non modo consulendum, sed et praecipiendum, ut vota sua cum fiducia conculcent, et deleant super impietate et sacrilegio, nihil morati, etiamsi interim ad ordines (quos vocant) sacros[f] illarvati et infatuati fuerint; et maxime eos haec libertas, imo[g] necessitas habet, qui adolescentes aut pueri voverunt. Nam ii[h] prorsus, neque quid fides sit aut lex, unquam didicerunt, sicut stultum vulgus avium in laqueos incidunt[i]. Quare liberandi et arguendi sunt temeritatis et stultitiae.

Porro aliis[k] nulla regula hic dari potest, qua sciamus, qui hoc animo sacrilego voverint[l], sed eorum conscientiae relinquendum est, sicut et in omni alio opere bono fieri oportet[m]. Quis enim praeter spiritum hominis, qui est in ipso, nosse possit, quo animo vovet aut facit opus bonum, cum opus legis aut servitus voti non ex ipso opere, sed ex affectu cordis judicetur apud eum, qui spiritus ponderat, et ita nobis judicandum mandat.

Memini ego, cum vovissem, indignante vehementer patre carnis meae, ab ipso audivisse jam pacato: utinam non esset Satanae praestigium! Quod verbum sic egit radices in cor meum, ut nihil ex ore ejus unquam audierim, quod tenacius servaverim; videtur mihi per os ejus Deus velut a longe me[n] allocutus, sed tarde tamen satis, ad° correptionem et monitionem.

Digitized by Google

Hac ratione ego mihi satisfacio in rescindendis aut certe innovandis votis omnibus, ultra quam nihil aliud quaeram, quiescens in hac sententia, cum hic evidentissimum sit, ejusmodi vota adversus totam primam tabulam[p], adversus fidem et evangelium, ut summas idolatrias[q], voveri et impleri, si animo fiant quo dixi. Si autem animo libero et evangelico voveris, sponteque te servum feceris, justum est, ut serves et solvas: quamquam non asseram evangelicum animum hoc aliquando ausurum aut ausum fuisse, nisi deceptum.

Mitto super hac re disputationem, quam si edere voles, addam brevissimas resolutiones, Ecclesiae Wittenbergensi inscriptas.[10] Arbitror enim, hanc sententiam claram et firmam satis in Scripturis nixam posse lucem et publicum sustinere. Nam de votis quae in lege scribuntur, quid facient contra haec?

Locus ille Pauli de viduis damnatis superest, quem non patiar adversari huic capitali[r] sententiae de lege et fide, neque ei concedam, potius obscurum confitebor, aut sic intelligam, quod illae viduae ex[s] libertate fidei voverunt, quae tum recens cognita erat, quemadmodum et Demas et[t] in Asia omnes eam[u] reliquerunt.[11] At nunc nostrum vulgus et gentile[v] vulgus est, nihil de fide unquam doctum. Tu[w] quid super haec sentias et judices, rescribe, nam jam olim detrita haec tibi arbitror.

Arguit etiam votorum stultitiam, quod paupertas et obedientia vovetur, quae duae res aut fictae sunt, aut solum pro pueris primum erudiendis quondam institutae[12], ut universum vovendi negotium quaedam paedagogia videatur fuisse, sub quam[x] infirmiorem aetatem custodirent pueri. Nunc viri vovent et in perpetuum, quos aliis officiis charitatis servire oportuit.

Quid igitur, sumne et ipse jam liber et non monachus? Cogitasne, ut fias mihi Demea, et Micioni huic tandem aliquam Sostratam[13] pares, ut vindices

Digitized by Google

te[y] in me, qui tibi uxorem dederim, ut dicunt; sed ego pulchre[z] cavebo, ne id[a] possis.

De peccato in Spiritum sanctum nihil dico, quia doctior et spiritualior es, quam ego.

‚Uri' vero, quod non vis extenuari, ego interim magis extenuavi[b], ut putem, esse sola incendia libidinis praefervida. Nam pollutiones ipse vocat[14] immunditiam, ut nosti. Et in 2da dicit[15]: ‚Quis scandalisatur, et ego non uror'; difficile autem tibi fuerit aliquid crassius ‚uri' probare.

Cogitabo interim de peccato blasphemiae. Nam hoc solum Christus facit peccatum in Spiritum sanctum et irremissibile.[16] Nec Petrus nec Paulus[c] hoc peccasse videtur.[17] Adhuc puto eadem, qua tu niteris, simplicitate, esse etiam genus peccati, quod prae caeteris irremissibile sit, quod Johannes vocat peccatum ad mortem[18], et Paulus haeresim ad Tit. 3.[19]

Interim vale, et ora pro me. Vellem te adhuc decies plus[d] obrui, adeo nihil me tui miseret, qui toties monitus, ne onerares te ipsum tot oneribus, et[e] nihil audis, omnia bene monita contemnis. Erit, cum sero stultum tuum hunc zelum frustra damnabis, quo jam ardes solus omnia portare, quasi ferrum aut saxum sis. Ex Eremo mea[f], sequenti die[g] post Nativitatis Mariae 1521.

Martinus Luther.

[a] Abreffe nur bei 1 u. 2. — [b] vos 2. — [c] quae 2. — [d] haec 2. — [e] sit 1. — [f] concedes 2. — [g] effecit 4. — [h] votum fehlt 4. 5. — [i] aliud 4. 5. — [k] apud fehlt 5. — [l] possunt 2. — [m] libertati 1. — [n] hic fehlt 2. — [o] se 4. 5. — [p] est fehlt 2. 4. 5. — [q] quoque 2. — [r] † illam 4. 5. — [s] statuimus 1. — [t] obtulerunt 4. 5. — [u] votis 1. — [v] vivit 2. 4. 5. — [w] hujusmodi 2. — [x] Von hier an bei 2 eine andere Hand, mit vielen orthographiſchen Fehlern. — [y] placitos 1. — [z] inquient 1. — [a] idololatriam 5. — [b] pietate 2. — [c] votum fehlt 4. 5. — [d] lustrare 1. — [e] ſt. cordis sui: suo 1. — [f] sacros fehlt 2. — [g] † haec 1. — [h] hi 4. 5. — [i] incidit 1. — [k] alia 4. 5. — [l] voverit 4. 5. — [m] oporteat 4. 5. — [n] me fehlt 4. 5. — [o] 1 interpungiert: sed tarde, tamen satis ad. — [p] adversus etc. fehlt 2. 4. 5. — [q] idololatrias 5. — [r] capitali fehlt 4. 5. — [s] ex fehlt 4. 5. — [t] † P. 4. 5; und als Note: Phygellus, Hermogenes. — [u] eum 1. — [v] At nostrum vulgus gentile 2. 4. 5. — [w] Tamen 1. — [x] qua 1; quo 2. — [y] te fehlt 4. 5. — [z] † te 1. — [a] quid 1. — [b] extenuabo 4. 5. — [c] † mihi 1. — [d] plus fehlt 1. — [e] ? iſt zu leſen: at? — [f] mea fehlt 1. — [g] die fehlt 1.

Digitized by Google

[1] Mel.'s loci theologici. — [2] „Dieſe Worte gehen wohl auf den Irrthum mit dem 119. Pſalm. Darnach ſcheint derſelbe ſeit dem 6. Aug. aufgeklärt zu ſein." Lenz 42.

[3] vgl. zu dem Folgenden Köſtlin, Luthers Theol. II, 7 f. Seine Anſichten führte dann Luther weiter aus in der Schrift De votis monasticis. (opp. v. arg. VI, 238.) — [4] Pſ. 76, 12.

[5] in loc. De monachorum votis (CR. XXI, 126): Evangelium cum in totum sit libertas quaedam spiritus, prorsum ignorat votorum servitutem. Et quantum mihi videtur, sola fidei et evangelicae libertatis ignoratione factum est, cur recepta sit vovendi consuetudo. Nec nihil pugnat cum fide, cum libertate spiritus vovendi ritus. — [6] Gal. 3, 12. — [7] Röm. 3, 31.

[8] im Brief vom 3. Aug.; Luther hat alſo die ganze Zeit nicht an Mel. geſchrieben. Lenz 41. — [9] 2 Kön. 21, 6.

[10] Es iſt dieß die Schrift: Judicium Martini Lutheri de Votis, scriptum ad Episcopos et Diaconos Vuittembergen. Ecclesiae. (140, eigentl. aber nur 139 Theſen, da nach 79 gleich 81 folgt; ſ. opp. v. arg. IV, 344; vgl. Riederer, Abhh. IV, 189); auch deutſch: Doctor Martin Lutherß Kurtz ſchlußrede von den gelübden vnnd geyſtlichen leben der Clöſter. — Lenz S. 44, Note 3, hat dieſe Schrift überſehen, und findet ſich mit der Eccles. Wittemb. im Text nicht zurecht, wenn er ſagt: „In der That hat er die Schrift bekanntlich ſeinem Vater gewidmet, während den Chriſten in Wittenberg der 36. Pſalm, der ja aber im Septb. ſchon gedruckt war, zugeſchrieben war." — [11] 2 Tim. 4, 10; 1, 15.

[12] vgl. Loc. theol. l. l. p. 127 sq. — [13] Perſonen aus den Adelphi des Terenz. D. bewegt den nachgiebigen M. die S. zu heirathen, act. 5, scen. 8. — [14] Gal. 5, 19 u. ö.

[15] 2 Cor. 11, 29. — [16] Matth. 11, 31 f.

[17] nämlich Petrus mit der Verleugnung und Paulus mit der Verfolgung der Chriſten. — [18] 1 Joh. 5, 16. — [19] V. 10 f.

Nr. 454a.

Luther an Melanchthon.

Als Fragment eines Briefes an Melanchthon gibt Aurif. I, 358b, und ihm folgend Seckend. I, 171a einen Abſchnitt aus Luthers Schrift De votis monasticis, nämlich die Stelle opp. v. arg. VI, 374: Summa, cum abunde — 375: benedictus in secula, Amen; mit dem Zuſatz: Ex Eremo. Anno MDXXI. — de Wette hat daher mit Recht dieſes angebliche Brieffragment weggelaſſen, und wir verzeichnen es hier nur, um die etwaige Vermuthung abzuwenden, als hätten wir dieß aurifaber'ſche Fragment überſehen.

Digitized by Google

Wartburg. Nr. 455. 9. September 1521.

Luther an Spalatin.

Original: 1. anhalt. Geſ.-Arch.; — handſchriftlich: 2. Cod. Jen. a. f. 126; — Drucke: 3. Aurif. I, 355b; 4. de Wette II, 49. — Deutſch: Walch XV, Anh. LXXVI. — Wir geben den Text nach 1.

[a] Salutem. Neque Capitonis neque Erasmi judicium [1] me tantillum movet. Nihil alienum opinione sui apud me faciunt, quin et hoc veritus sum, ne quando mihi cum alterutro negotium fieret, quando Erasmum a cognitione gratiae longinquum esse viderem, qui non ad crucem, sed ad pacem spectet in omnibus scriptis. Hinc omnia putat civili[b] et benevolentia quadam humanitatis tractanda gerendaque, sed hanc non curat Behemoth [2], neque hinc quicquam sese emendat.

Memini me, dum in praefatione sua in Novum Testamentum de se ipso diceret: ‚gloriam facile contemnit christianus', in corde meo cogitasse: o Erasme, falleris, timeo. Magna res est gloriam contemnere. At ille sic contemnere eam voluit, ut contemptus esset non ab aliis sibi illatus, sed apud sese cogitatus. Sed contemptus gloriae, si in verbo sit, nihil est; multo minus si in cogitatione tantum fuerit, sed ‚in virtute est regnum Dei', ait Paulus.[3] Hinc ego adhuc de nulla re ausus sum nec possum gloriari, nisi de verbo veritatis, quod dedit mihi Dominus.

Igitur illorum scripta, quia abstinent ab increpando, mordendo, offendendo, simul nihil promovent. Civiliter enim admoniti Pontifices sibi blanditum putant, et velut jus habeant incorrigibilitatis, perseverant, contenti, quod tremendi sint et nemo eos reprehendere audeat. Hos tuus Plutarchus in libello de adulatione format, sed gravius et horribilius Hieremias[4]: ‚Maledictus, qui facit opus Domini fraudulenter', loquitur enim de opere gladii in hostes Dei. Et ego timeo valde et vexor con-

Digitized by Google

scientia, quod tuo et amicorum consilio cedens Vormaciae remisi spiritum meum, et idolis illis non exhibuerim Eliam quendam. Alia audirent, si denuo sisterer coram eis. De hoc satis.

Dux Johannes senior tandem novit, ubi agam, hactenus ignarus; hospes meus[5] clam ei aperuit, sed bene tacebit. Ego hic bene habeo, sed segnesco et languesco, atque adeo frigesco spiritu miser. Hodie sexto die excrevi tanta duritia, ut paene animam efflarim. Nunc sedeo dolens, sicut puerpera, lacer et saucius et cruentus, hac nocte non habiturus aut modicam quietem.

Gratias Christo, qui me sine reliquiis sanctae crucis non derelinquit. Sanus essem ab omni saucedine, si venter solutus esset. Quod enim in quatuor diebus sanatur[c], in egerendo denuo sauciatur. Hoc scribo, non ut compatiaris, sed ut congratuleris, orans, ut spiritu fervere dignus fiam. Tempus est enim adversus Satanam orandi summis viribus, adeo praesumit funestam quandam tragoediam in Germaniam, et ego metuens, ne Dominus ei permittat.

Adhuc sum stertens et otiosus ad orandum et opponendum, ut mihi vehementer displiceam et onerosus sim, forte, quod solus sim, et vos me non juvetis. Oremus, quaeso, et vigilemus, ne in tentationem intremus. Nihil aliud habeo, quod nunc scribam. Vos omnia omnium nostis.

Gaudeo Vittembergam crescere, hoc maxime nomine, quod me absente crescit, ut videat impius et fremat et desiderium ejus pereat. Christus perficiat, quod incepit. Valde vellem, ut Philippus et vulgo concionaretur[6] alicubi in oppido diebus festis post prandium loco compotationum et ludorum, ut fieret consuetudo libertatis introducendae et in priscae ecclesiae faciem et mores[d] restituendae. Si enim omnia hominum jura fregimus, et juga eorum abjecimus, quid adhuc moretur nos, si unctus, rasus non sit, et conjunx sit? Vere tamen et est sacerdos, et agit de facto sacerdotem, nisi non est sacerdotis

Digitized by Google

officium docere verbum; alioqui nec Christus sacerdos erit, nunc in synagogis, nunc in navibus, nunc in litore, nunc in montibus docens, denique omnis persona omnibus locis et horis unus ipse fuit. Cum ergo vocatus sit a Deo agatque verbi ministrum, ut nemo potest negare: quid, si a tyrannis istis episcopis non ecclesiarum, sed equorum et purpuratorum, vocatus non sit? Sed novi hominis sensum, non acquiescet persuasionibus meis. Vocandus ergo et urgendus est Ecclesiae totius mandato et impulsu. Neque enim si ipsa postulet et exigat, negare debet aut potest. Si ego praesens essem, omnino apud senatum et populum agerem, ut eum rogarent, quo privatim legeret eis vernacula Evangelium, sicut coepit in latina, ut sic paulatim fieret [illegible] vernaculus episcopus, quomodo factus est latinus, [illegible]c te vellem in hoc conari, ut fieret. Nam populo [illegible]s, is est prae omnibus verbo Dei; quod cum in [illegible]st abundet prae caeteris, vides etiam, conscientia [illegible]eo ente et Deo exigente, nos debitores esse, ut [illegible]r- i vocemus, et verbum fructu suo non fraudetur. [illegible]at. Poteris haec per Lucam[7] et Christanum[8] in [illegible]et stu pulchre agere, simul ut hac ratione etiam [illegible]et licet Christus meam absentiam et silentium, [illegible]on s praedicatione et sono, in confusionem Satanae [illegible]en- postolorum ejus. Origenes privatim mulieres [illegible]ing uit: cur non et ipse tale quid tentet, cum possit [illegible]E debeat? praesertim cum sitiat et egeat populus. [illegible]gle Noli, quaeso, cito moveri illius excusationibus: [illegible]Do cherrima folia praetexet, sicut et decet eum. [illegible] enim ambire, sed urgeri et vocari debet ab [illegible]cre clesia, imo rogari, ut serviat, et non quod sibi [illegible]mo le sit, sed quod multis, faciat. Obsecro, hoc unum [illegible]blan omnium diligentissime, adhibitis amicis in com- [illegible]tatis ne juvantibus. Et bene vale, memor mei apud [illegible]nem ninum. Ex Eremo, altera Nativitatis Marianae [illegible]in 21. T. Martinus Luther.

[a] Die Adreſſe iſt am Original nicht mehr vorhanden. — [b] civiliter S. 4. — [c] sanatur fehlt S. 4, wobei allerdings 4 vermuthet, daß etwas herausgefallen. — [d] morem S. 4.

Digitized by Google

[1] Worauf sich das bezieht ist unklar. Melanchthon hatte nach CR. I, 451 literas τοῦ Ἐράσμου καὶ Καπνίωνος (Reuchlins) erhalten (weßhalb auch Lenz 43 f. in unserm Brief Capnionis lesen will, aber das Original hat unverkennbar Capitonis); war des Erasmus Brief, den wir nicht mehr haben, Luthern mitgetheilt worden? oder hatte Luther den Brief des Erasmus an Ludwig Ber in Basel vom 14. Mai (opp. Lugd. Bat. III, 644), den Mel. CR. I, Nr. 135, p. 456 an Spalatin schickt, auch erhalten? worin er schreibt: Res ... in eum locum deducta est, ut ego sane nullum videam exitum, nisi res humanae magno tumultu misceantur... Ecce incendium Decretalium, Captivitas Babylonica, Assertiones illae nimium fortes reddiderunt malum, ut videtur, immedicabile. Sic mihi videtur agere Lutherus, quasi servari nolit etc. Ein festivum Fabricii (d. i. Capito's) dictum gegen Camerarius erzählt Mel. an Spal., CR. I, 452, aber sein Inhalt paßt auch nicht zum Folgenden. — [2] Behemoth (Hiob 40, 10) ist L. „die Gewalt und Macht des Teufels und seines Gesindes, des gottlosen Haufens in der Welt", Erl. 64, 73.

[3] 1 Cor. 4, 20. — [4] 48, 10. — [5] Verlepsch. — [6] Luthers Wunsch ging nicht in Erfüllung, vgl. Köstlin[2] I, 476.

[7] Kranach. — [8] Döring; nach de W. ad h. l. Christ. Bayer, Prof. und Bürgermeister.

(Wartburg.) Nr. 456. 9. September 1521.[1]

Luther an Amsdorf.

Handschriftlich: 1. Cod. Jen. B. 24. n. f. 182; — Drucke: 2. Aurif. I, 358; 3. de Wette II, 52. — Deutsch: Walch XV, Anh. XCVII. — Wir geben den Text nach 3.

Mitto themata de votis[2], in quibus etsi nihil novi sit, quod vos quaeritis, adversariis tamen, si edita fuerint, nova et horrenda erunt. Philippus eo nititur, ut votum solvatur propter impossibilitatem, de quo nihil tractavi, nec posse adhuc credo tractari, in quo fideliter et secure niti queant conscientiae; hoc enim spectamus.

Ego hic tractavi causam, quae fidelis et sufficiens est ad securandas et liberandas a voto conscientias, quae est impietas et pietas. Mittam etiam alia, in quibus disputetur latius de legitimis et piis votis, quatenus tenenda sint, sed ducta ex eadem causa pietatis et impietatis.

Digitized by Google

De Carlstadio doleo, cui etsi facile resisti potest, tamen adversariis nostris gloriandi dabitur occasio de intestina nostra discordia, magno scandalo infirmorum.[3]

Scripsi Spalatino, ut ageret de Philippo nostro, si forte vernacula evangelium vulgo in aliquo loco, ut collegio, festis diebus recitaret, qua arte paulatim in praedicandi veterem ritum apud vos evangelium veniret. Habetis pulchrum objectum, si quis volet inhibere laico evangelium dicendum in angulo, sc. quod in loco studii et ex officio hoc faciat: tum vernacula eum loqui et vulgum et mulieres eum audire quis vetet? quis vetet, si quo modo tota civitas ejus lectiones audiret, si latine ipsa sciret, aut ille vernacula legeret?

Vellem hoc non contemni consilium, praesertim cum spes non sit reditus mei ad vos.[4] Quis scit, quid Deus velit per me stultum? Vale et ora pro me. Gratias ago pro cantilena. Feria 2. post Nativitatis 1521. T. Martinus Lutherus, D.

[1] Daß dieser Brief nicht, wie z. B. von Lingke, Luthers Reisegesch. S. 113, auf den 26. December, sondern auf den 9. September zu setzen, und am Schluß nach Nativitatis „Mariae" zu ergänzen ist, was vielleicht auch im Original gestanden hat, zeigt sein Inhalt im Vergleich mit dem vorigen Brief.

[2] vgl. Nr. 454, Note 10. — Am 19. Oktober schickte Alb. Burer diese Thesen zugleich mit dem Buch von der Beichte an Beat. Rhenanus in Basel (Horawitz p. 295): Mitto etiam judicium M. Lutheri de votis, quod huc disputandum misit. Dono item mitto libellum de confessione germanice scriptum.

[3] Erbkam, protest. Secten S. 203, Note 3 meint, es sei nicht bekannt, worauf sich diese Stelle beziehe. Aber aus den vorhergehenden Briefen an Mel. geht es klar genug hervor, daß Luther die ziemlich leichtfertige Begründung der Carlstadt'schen These, womit trotzdem Carlst. Eindruck auf Mel. gemacht hatte, hier im Auge hat.

[4] Mel. an Spal. (CR. I, 458, auf Mitte September anzusetzen): In Ambsdorfii literis terret nos miserabili voce, quasi negans fore, ut redeat huc. — Unsere Stelle widerspricht der Aeußerung in dem am gleichen Tag an Mel. gerichteten Schreiben Nr. 454, Z. 10. War vielleicht an diesem Tage Herzog Johann auf die Wartburg gekommen (vgl. Nr. 457) und hatte sich in diesem Sinne geäußert? vgl. Lenz 44.

Digitized by Google

(Wartburg.) Nr. 457. 17. September 1521.

Luther an Spalatin.

Original: 1. Anhalt. Geſ.-Arch.; — handſchriftlich: 2. Cod. Dessav. A. Nr. 100; 3. Cod. Jen. a. f. 128; — Drucke: 4. Aurif. I, 380; 5. de Wette II, 53. — Deutſch: Walch XXI, 762. — Wir geben den Text nach 1.

Ad manus Magistri Georgii Spalatini proprias.

S. Princeps Johannes, petitus[a] illo Lucae de decem leprosis, quod ad sacerdotes missi a Domino confessionem docere credendi sint, cum esset in loco[2], per hospitem meum postulavit, ut explicarem evangelium idem, ut haberet, quod griseis istis Pharisaeis[3] et hypocritis responderet, qui velut praeventuri meum de confessione libellum, hoc evangelio animum Principis praeoccupare et avertere moliuntur; audierunt enim, sub incude esse sermonem de confessione.

Itaque eum[4] ad te mittendum curavi, hac ratione, quod[b] curares aliena et bona manu describi diligenter, cum et copia et otio hujusmodi manus abundes et mea manus celanda sit; itaque mihi meam manum remitte, cum aliud exemplar non habeam, et nulli alteri tradi potuerit ad describendum, ne proderer ego.

Et quamquam eum locum in libello de confessione tractarim[5], tamen ita contemnebam, ut superflua videretur diligens confutatio. Non enim credebam ullos tam crassos, qui ex hoc loco confessionem serio astructuri essent. Proinde hic et diligenter et copiose locum tractavi, et insaniam eorum confutavi. Quod si excudendum tu judicaris, praepones hanc, quam adjeci praefationem inscriptam[6], si cui voles, nomine meo, vel Hugbaldo Eynsidel, vel cui visum sit, modo ne Principi. Vides causam. Ego enim eum excudi paterer hoc potissimum nomine, ut sermoni de confessione suffragaretur, tum quod christianae rei ferme summam

Digitized by Google

complectatur, et abunde vitam pietatis formet, quo et praegustum Postillarum delibarent Germani. Adjecissem, quod Philippus in sermone desiderat[7]; sed nondum possum intelligere, quid desideret. Si autem excudi non placet, praefationem in spongiam et Prinicipi Johanni reliquum; mihi meam manum distribues.[8]

Quae luserint Parrhisienses in suos sophistas meo nomine, audisse te credo.[9] Contemni incipit hoc sacerdotium Baal et Phegor, maledictum a Domino per os Pauli. Benedictus Deus. Et quod Papa cum Caesare consultat, nondum maturuit: utrumque ducit Deus, sicuti merentur, et quo ducendi sunt: sed interim id non cogitant, donec compleantur iniquitatem Amorraeorum[10]. Ego gaudeo et faveo Caesari hanc felicitatem, sed propter mysterium Dei. Vale et ora pro me. Die Lamperti 1521. Mart. Luther, Aug.

[a] petitutus 4. — [b] nt 4. 5.

[1] petitus, in welches de Wette, ohne das Original zu kennen, den Druckfehler bei Aurif.: petitutus corrigirte, ist nach dem Original richtig, und gibt auch einen guten Sinn: der Fürst war angegriffen worden von den gris. pharis. etc. mit jenem Capitel (petitus erat illo) des Lucas von den zehn Aussätzigen, (aus welchem erhellte,) daß man glauben müsse, die vom Herrn zu den Priestern Geschickten lehrten die Beichte (und die Nothwendigkeit der Beichte). Eine Textesänderung, weder des quod ad in quoad (Lenz 45), noch des petitus in petiturus (Walch in der Uebersetzung) ist nicht nöthig, auch die Conjectur Kawerau's im Leipz. theol. Litbl. 1884, Sp. 59 f., wonach petitutus etwa aus periclitatus, das per mit Abkürzung geschrieben, verlesen sei, ist hinfällig.

[2] Daß der Herzog Johann seinen Aufenthalt erfahren, hatte L. schon am 9. Sept. Spalatin mitgetheilt; dennoch scheint er bei diesem Besuch Luthern nicht gesehen zu haben, da er ihm seinen Wunsch durch Verlepsch mittheilen läßt.

[3] Mit den griseis Pharisaeis sind die grauen Brüder (Barfüßer, Franziskaner) in Weimar gemeint, die Luthern feindselig waren; vgl. CR. I, Nr. 129.

[4] nämlich das Evangelium von den 10 Aussätzigen; vgl. die folg. Nr.; ferner Erl.[2] 14, 42; 16, 257; CR. I, 455.

[5] Erl. 27, 337. — [6] vgl. Nr. 458.

[7] Wir können nicht sagen, was Mel. vermißt hat, da sein Brief an Luther fehlt und auch aus seinen Briefen an Spal.

Digitized by Google

im CR. sich nichts darüber ergibt. — [8] d. h. mir wirst du meine Handschrift wieder schaffen. (de W.)

[9] Worauf bezieht sich dieses? Glareanus, der damals in Paris Zwingli'n über die dortigen Vorgänge benachrichtigt (vgl. Nr. 443, Note 4), hat darüber in seinen Briefen nichts.

[10] 1 Mos. 15, 16.

(Wartburg.) Nr. 458. 17. September 1521.

Luther an Haugold von Einsiedeln, Hans von Dolzk und Bernhard von Hirschfeld.[1]

Zueignung der Auslegung des Evangeliums von den zehn Aussätzigen.

Gedruckt Erl.[2] 16, 257, woselbst auch die ersten Drucke angegeben sind; 53, 77, Nr. 32.

---

[1] Die Namen sind erst von Spalatin hinzugefügt, vgl. Nr. 457, Z. 27. Daß Herzog Johann Veranlassung zu der Abfassung der Schrift gegeben, zeigt der Anfang von Nr. 457.

[2] Erl.[2] 16, 260, Z. 34 (= 53, 78, Z. 16) Eck ist über mir reich worden] vgl. Nr. 310, Note 4.

[3] 16, 260, Z. 36 (= 53, 78, Z. 18) Buchschreiber zu Leipzk] Emser, nicht Alveld, wie de W.-Seidem. VI, 642, s. v. Alveld.

(Wartburg.) Nr. 459. 7. Oktober 1521.

Luther an Spalatin.

Original: 1. anhalt. Ges.-Arch. (die Nachschrift liegt auf einem besondern Blatt bei); — handschriftlich: 2. Cod. Dessav. A. Nr. 101 (die Nachschrift als Nr. 102 bezeichnet); 3. Cod. Jen. a. f. 130; — Drucke: 4. Aurif. I, 361[b]; 5. de Wette II, 59 (beide fügen die Nachschrift dem Briefe vom 1. Novbr. bei). — Deutsch: Walch XXI, 765. — Wir geben den Text nach 1.

Suo Georgio Spalatino, Christi servo.

S. Gratias ago pro iis, quae misisti. Anus meus et venter tandem in gratiam rèdiere mecum, ut nulla opus habeam amplius medicina, sanus per omnia sicut antea, Deo gratia. Gerbellio non potui hoc nuntio scribere[1], sic festinabat, nec Taubenheymio. Eadem hora et tua accipere et ista effundere coactus sum. Scribam alias latius.

Obsecro, ne Philippus maneat, si pestis[2] irruat.

Digitized by Google

Servandum est hoc caput, ut ne pereat verbum, quod Dominus ei mandavit in salutem animarum. Non continebor, quin idolum Maguntinum et privatim et publice invadam cum suo lupanari Hallensi.[3] Vale. Brevissime. Feria 2. post Francisci.[a]

Mar. Luther.

Est in arce sacrificulus, qui quotidie missam facit, metuo cum magna idolatria[b], ut aliud nihil accedat. Utinam et ipse et omnes privatarii[c] istiusmodi saltem minuerentur, si in totum non possint[d] subito abrogari. Injuria missae est privatam[e] esse, cum nomen[4] ejus sit Synaxis et communio, Christique ac Pauli institutio pro verbi annunciatione, i. e. sui memoria frequentari in publico et collecta ecclesia haberi jubeat. O Antichriste!

[a] † anno MDXXI. 4. 5. — [b] idololatria 5. — [c] privatorii 4. 5. — [d] possunt 4. 5. — [e] privatim 4.

[1] Luther beantwortete den Brief Gerbels (Nr. 437) erst am 1. Novb. — [2] Ueber die Pest oder vielmehr die Furcht vor derselben vgl. CR. I, Nr. 135 und den späteren Brief Nr. 131.

[3] Der Kurfürst Albrecht von Mainz hatte auf Sonntag nach Mariä Geburt die Heiligthümer der Stiftskirche zu Halle ausstellen lassen und den Besuch mit einem Ablaß verbunden. Beim Ausschreiben des Festes hatte er verkündigt: „Wer der Zeigung des Heiligthums mit innigem Herzen beiwohnt, sein Gebet zu Gott spricht und zum Stift sein Almosen reicht, der empfängt übertrefflichen Ablaß zu Erledigung und Abwaschung der Sünde." Ein Ablaßverkauf, wie ihn Tetzel betrieben hatte, fand nicht statt, wenn gleich Alb. Burer an Beat. Rhenanus, 19. Okt. aus Wittenb., sagt (Horawitz S. 295; Kolde in der Ztschr. f. Kgsch. V, 325): Hallis in Saxonia venduntur indulgentiae a Cardinale Maguntino. Allerdings aber hatte es der Cardinal dabei auf Geldeinnahme abgesehen. Gegen diese versuchte Wiederaufrichtung des erloschenen Ablasses will nun Luther privatim et publice auftreten. Ersteres that er mit seinem Brief an den Cardinal vom 1. Dec., letzteres mit einer eigenen Schrift „Wider den Abgott zu Halle", deren Erscheinen aber von Spalatin verhindert wurde (vgl. die folgenden Briefe), und die spurlos verschwunden ist. Vgl. A. Wolters, der Abgott zu Halle 1521—1542, Bonn 1877; Köstlin[2] I, 483 ff.

[4] Luther will hier sagen, was die Messe sei, nämlich eine σύναξις, conventus, wie die griech. Väter das Abendmahl nannten, [2] das Wort missa bedeute, das er sonst, z. B. Erl. 19, 299; [illegible]enoffen aus dem Hebräischen ableitete.

Digitized by Google

(Halle oder Mainz?) Nr. 460. (Oktober? 1521.)[1]

Capito an Luther.

Druck: 1. Biblioth. Bremens. Class. IV, Fasc. V, p. 929, wornach wir den Text geben.

S. Persuasum est vulgo praesertim ab initio causae tuae, quod incitatus amore pietatis ad eam arenam, in qua nunc insistis, concesseris. Neque quidquam est plausibilius, quam videri, agere citra humanum affectum, a quo Christi placita longe lateque dissident. Verum indies pugna magis atque magis incrudescit, et videris, quod pace tua dixerim, impotentius agere, velut oblitus officii et professionis; qua ratione multi a te desciscere fatentur etiam amicissimi et haud paulo iniquiores Rom. Ad haec increbuit fama, jam nunc meditari te et in hoc totum incumbere, ut nominatim magnatum ecclesiasticorum vitia notes, quod profecto facies sine exemplo, nisi velis veterem imitari comoediam, quam licentiosissimus ferre non potuit, sicut in Eupoli[2] submerso, adeoque in ipso Aristophane videre est. Christus mansuetus inclamat Pharisaeos, quorum nomina etiamnum latent; Paulus incestuosum ejecit et poenitentem ac emendatum restituit[3], suppresso nomine, quia nec per se infamiam quaerit spiritus Christi, qui lenis est et paratior ad injuriam ferendum, quam irrogandum. Omitto, quod tragica vanitate multa praeter verum effingere cogeris. Nescit enim vel spiritus hominis, quae sunt in homine, et tu secretorum nostrorum, qui forte te ignoras, vis conscium reddere universum orbem. Neque evidens, nisi quod testibus fide dignis constat, ne praetextu Christi mundi leges tibi praesidio compares et asseveres licere affirmare, quod in luce hominum existit. Est enim, quatenus christiana modestia dissimulat, ut maxime apertum sit, quod es exprobraturus. Caeterum, ne quid te celem, permoveare, ne quid affectui indulgeas contra meum Principem; nam si humanitus agere instituis et pergis inservire aliorum affectibus,

Digitized by Google

experieris forte et nos homines esse, quod tibi serio dictum puta, qui nosti, quam leniter hactenus adversum te conati simus, et certe ego nunquam tibi obfui. Oro itaque, ne des occasionem, nec in necessitatem inducas pusillos, ut animum exasperent etc.

[1] Wir setzen diesen unvollständigen und darum datumlosen Brief in diese Zeit, weil er bald nach der Anwesenheit Capito's am 30. Sept. in Wittenberg zur Unterhandlung mit Melanchthon, daß Luther mit dem Erzbischof von Mainz wegen des wiederaufgerichteten Ablasses in Halle schonend verfahre, geschrieben scheint. Weil man den erst von Krafft veröffentlichten Brief Capito's vom 20. December (s. Nr. 474) nicht kannte, so hat man (so Burkhardt, Luth. Briefw. S. 43) unsern Brief in den December gesetzt, als ein Begleitschreiben zur Antwort des Erzbischofs an Luther, und den Brief Luthers an Capito vom 17. Januar 1522 als Antwort auf vorliegenden Brief angenommen, wozu jedoch dessen Inhalt gar nicht stimmt. Das Richtige, ohne jedoch auf die Zeitbestimmung einzugehen, hat schon Jung, Beitr. II, 99 gesehen, wenn er in Bezug auf unsern Brief sagt: „Capito erreichte seinen Zweck nicht; Luthers harter Brief über den neuen Ablaßverkauf [?] in Halle war mit Kraft, aber auch mit wenig Schonung geschrieben." — Vgl. auch Mel. an Spal., Ende Oktober, CR. I, 477

[2] Eupolis, Zeitgenosse des Aristophanes, athenischer Komödiendichter; von seinen Werken ist nichts erhalten.

[3] 1 Cor. 5; 2 Cor. 2.

Wartburg. **Nr. 461.** 1. November 1521.

Luther an Nic. Gerbel in Straßburg.

Antwort auf 18. Mai, Nr. 437. — Luther schickte diesen Brief offen an Spalatin zur Weiterbeförderung, vgl. Nr. 462.

Drucke: **1.** Aurif. I, 362[b]; **2.** Fechtius, hist. eccles. sec. XVI. supplementum, P. VIII, Nr. 30, p. 840; **3.** de Wette II, 89. — Die zweite Hälfte des Briefs findet sich als ein Brief an Melanchthon im Cod. Gothan. 451. — Deutsch: Walch XV, Anh. LXXI. — Wir haben 1—3 verglichen.

Eruditione et pietate christiana insigni viro, Nicolao Gerbellio, jurisconsulto, fidelissimo suo in Christo amico.

Salutem in Christo. Literae tuae ad me datae, Gerbelli suavissime, vigilia Pentecostes, redditae mihi sunt demum ad Michaëlis festum, et has ego

Digitized by Google

do ad te hodie omnium Sanctorum die, nescio[a], ad te quando perventuras, ad aliam forte Pentecosten, aut at Calendas Graecas.[1] Vides causam silentii mei, fortunae scilicet, hoc est, occultae Dei voluntati id tribuas[b].

Caeterum quod tam anxie et amice de rerum mearum statu perquiris, arbitror interim ex aliis te cognovisse. Cessi publico, amicis suadentibus obsequutus, tum invitus, tum incertus, an Deo gratum facerem. Ego quidem arbitrabar, cervicem esse objectandam publico furori, sed illis aliud visum, quorum consilio adornati, equites simulatis[c] insidiis me ceperunt in itinere et in locum tutum, quo nunc suavissime[d] tractor, posuerunt.

Sed mille credas me Satanibus objectum in hac otiosa solitudine. Tanto est facilius adversus incarnatum diabolum, id est, adversus homines[e], quam adversus spiritualia[f] nequitiae[g] in coelestibus pugnare.[2] Saepius ego cado[h], sed sustentat me rursus dextra excelsi, quo nomine et publicum denuo suspiro, sed nolo, nisi vocarit Dominus.

Libellos meos ad te mittere non est meum[i]: scripsi de hac re Spalatino[3], ut id curet. Exivit interim libellus adversus Catharinum de Antichristo, item adversus Latomum Lovaniensem[k], item vernaculus de confessione, item Psalmus LXVII. vernacule[l] declaratus, item canticum Mariae vernacule explicatum, item Psalmus XXXVI. vernaculus[m] ad Ecclesiam Vittembergensem consolatorius[4]. Philippus Apologiam adversus Parrhisienses pro me edidit[5], quam ego vernacula donavi[6]; edita est et ipsa. Idem jam sub formis habet Methodon theologicam[7], librum Philippo dignum.

Mihi sub formis est vernacula enarratio Epistolarum et Evangeliorum per annum[8], item in Cardinalem Moguntinum[9] absolvi reprehensionem publicam ob idolum indulgentiarum Halli denuo[10] erectum, item enarratio Evangelii de leprosis decem[11]: omnia vernacula. Germanis meis natu

Digitized by Google

quibus et serviam. Prurit animus in Academias publice invectivas moliri, sed nondum institui[n]. In Matthaeum nihil statui[o] commentari[12], sed Vittembergae pro suggestu coeperam utrunque testamentum ab exordio populariter declamare, et profeceram in Genesi usque ad cap. XXXII, in Evangeliis[p] usque ad vocem Johannis Baptistae; hic obmutuit vox mea. Ecce habes omnia, quae postulasti.

Literas tuas priores, quas Vormaciam ad me miseras, multum post in hac solitudine accepi.[13] Mirum est autem, quam placuerit et uxor et paranymphus[14], qui eam mihi et donavit et adornavit. Peperit mihi autem filios, quos superius recensui. Tu judicabis, an proles sit matri[q] similis; foecunda adhuc est, et tumescit uterus ejus pleno sinu, paritura, si Christus volet, filium, qui virga ferre franget[r 15] papistas, sophistas, religiosistas et Herodistas. De votis enim religiosorum et sacerdotum Philippo et mihi[16] est robusta conspiratio, tollendis et evacuandis scilicet. O sceleratum illum Antichristum cum squamis suis, ut omnia[s] christianae pietatis Satan per eum vastavit mysteria.

Conjugem tuam resalutabis, quam opto tibi amantem et amatam. Felix tu, qui impurum[t] istum caelibatum et vel uredine perpetua vel immundis fluxibus damnabilem, honorabili conjugio superasti. Patere, quicquid fert hoc vitae genus a Deo institutum, et gratus esto Deo tuo. Tanta monstra mihi iste adolescentum et puellarum caelibatus miserrimus quotidie manifestat, ut nihil jam[u] auribus meis sonet odiosius monialis, monachi, sacerdotis nomine, et paradisum arbitrer[v] conjugium vel summa inopia laborans.

Salutabis et alios mihi a te nominatos, Othonem Brunfelsium[17], Casparum Uringerum[w 18], et Lucam[x] Bathodium[19], et omnes, qui tecum sentiunt in [illegible] et damnant religiones angelorum, ut apo[illegible]

[illegible] felicissime, ac pro me ora.

Martinus Lutherus.

Digitized by Google

[a] rogo 1. — [b] tribues 2. — [c] simultatis 2. — [d] humanissime 2. — [e] hominem 2. — [f] spiritalia 2. — [g] nequitiae fehlt 2, dafür .... — [h] cedo 2. — [i] tutum 1. 3; wir ziehen die Lesart meum vor wegen des folgenden Briefs. — [k] item etc. fehlt 1. 3. — [l] vernacula 1. 3. — [m] vernaculus fehlt 1. 3. — [n] ? Cod. Goth.: modum statui; statui 2. — [o] institui 2. — [p] Evangelio 2. — [q] nostri 1. 3. — [r] frangat 1. 3. — [s] omnia fehlt 2. — [t] nuperum 2; vielleicht nuper zu lesen, wo dann das folgende et auszufallen hätte? — [u] † in 2. — [v] arbitror 1. 3. — [w] nach Brief Nr. 437; Urnigeroum 1. 3; Wingerum 2. — [x] tucam (!) 1. 3. — [y] 1522 (2).

[1] mit Bezug darauf, daß er Gerbels Brief so spät erhalten. War Gerbel damals über Luthers Schicksal im Ungewissen, wenn er am 5. Novb. an Bucer schreibt, obgleich er in demselben Brief für die Uebersendung des Buches „Von der Beichte" dankt (Thes. Baum. Ms. I, 200): Luther ist hin, tod! — [2] Ephes. 6, 12.

[3] Nr. 462. — [4] Die angeführten Schriften stehen: opp. v. arg. V, 286; V, 395; Erl. 27, 318; 39, 178; 45, 211; 39, 123.

[5] CR. I, 398. — [6] Erl. 27, 379. — [7] Die loci theologici, CR. XXI. — [8] die deutsche Kirchenpostille. — [9] vgl. Nr. 459, Note 3. — [10] denuo, denn der Ablaß war Luthers Angriffe erlegen, der Cardinal suchte ihn aufs Neue aufzurichten; Wolters a. a. O. S. 46, Note 27. — [11] Erl.[2] 16, 257.

[12] vgl. Nr. 437. — [13] vgl. Nr. 435.

[14] Die Worte et uxor et paranymphus beziehen sich auf ein Geschenk, das Gerbel Luthern mit seiner, 1521 bei Thom. Anshelm in Hagenau erschienenen Ausgabe des Neuen Testaments gemacht hatte; vgl. Zeltner, kurzgefaßte Hist. der gedruckten Bibelversion. 1727. S. 17; Le Long, Bibl. Sacra p. 452. — [15] Offb. Joh. 12, 5.

[16] L. meint hier den mit Mel. geführten Briefwechsel über die Gelübde, Nr. 449. 450. 454, sowie seine bevorstehende Schrift de votis. — [17] vgl. Nr. 333, Note 2. Brunfels befand sich damals noch in Straßburg, war aber im Begriff nach Wittenberg zu reisen. Er schreibt Ende Oktober an Sapidus in Schlettstadt (Thes. Baum. Ms. I, 199): Ad Wittenbergam perveniam ad festum divi Martini cum meo decano; si amicus tibi est Philippus, obsecro te, ut tribus tantum verbis illi me commendes, ut benignius illic mihi liceat versari. Omnino decretum est videre hanc ecclesiam. Alienis sumptibus migrabo. — Ob er diese Reise ausgeführt? Bald darauf erhielt er von Hutten die Verwaltung der Hutten'schen Pfarrei Steinheim oder Steinau an der Straße, als Gehülfe des bekannten Johannes ab Indagine; vgl. darüber sowie über seine dortigen Schicksale Steitz im Arch. f. Frankf. Gesch. N. F. IV, 118 ff.; VI, 124. Am 10. Juli 1522 schickte ihn Nesen von Frankfurt mit einem Brief an Zwingli in Zürich (Zw. opp. VII, 208).

[18] vgl. Nr. 437, Note 4. — [19] ib. Note 6. — [20] Coloss. 2, 18.

Digitized by Google

(Wartburg.) Nr. 462. 1. November 1521.

Luther an Spalatin.

Original: 1. anhalt. Geſ.-Arch.; — handſchriftlich: 2. Cod. Dessav. A. Nr. 103; 3. Cod. Jen. a. f. 180; — Drucke: 4. Aurif. I, 362; 5. de Wette II, 91 (4 u. 5 mit der Nachſchrift von Nr. 459). — Deutſch: Walch XXI, 766. — Wir geben den Text nach 1.

Suo charissimo Georgio Spalatino, Christi servo et suo amico.

S. Philippo ista tradi curabis, optime Spalatine, sed et ad Gerbellium meas literas mitto. Vides, quod libros meos optat, id tuae et opis et operae est, meae esse non potest; indicem ei signavi omnium, tu cura, si voles, reliqua. Taubenheymio suas quoque reddes.

Nihil aliud jam habeo, quod scribam. Vestrum est enim, qui in rebus versamini, scribere mihi, jam nunc demum vere et proprie monacho. Non tamen sum monachus, assunt enim multi et mali et astuti daemones, qui mihi tempus, quod ajunt, eludunt, sed moleste. Tu ora, ut non deserat me in finem Christus, ac vale. Die omnium Sanctorum 1521.

Mart. Lutherus.

Wartburg. Nr. 463. 1. November (?) 1521.[1]

Luther an die Auguſtiner zu Wittenberg.

Zueignung der Schrift: De abroganda Missa privata Martini Lutheri sententia. (opp. v. arg. VI, 115.)

Gedruckt: opp. v. arg. l. c.; deutſch (in ziemlich freier Ueberſetzung, mit dem Datum: am Tage Catharinä): Erl. 28, 28; 53, 93, Nr. 36.

Ob dieſe Zueignung wirklich die omnium Sanctorum ob dieſes Datum von Luther ſpäter hinzugeſetzt ſtellt bleiben. Am 11. November (vgl. den ſem Tage) iſt er mit der Schrift fertig n. Aber ſelbſt angenommen, daß er auch es öfter that, vor der Schrift ſelbſt

Digitized by Google

verfaßte, bleibt es auffallend, daß er sie im Briefe an Gerbel (Nr. 461) nicht erwähnt, wo er nicht nur die bereits erschienenen Schriften, sondern auch die er noch in Arbeit hatte, ja nur geplant hatte, aufzählt. Das Datum der deutschen Ausgabe: am Tag Catharinä, = 25. November, mag sich auf den Tag der Uebersetzung beziehen. — Auf die Bewegungen gegen die Messe in Wittenberg können wir hier nicht näher eingehen, wir verweisen dafür auf Köstlin² I, 507 ff. und die dortigen Quellenangaben.

[2] opp. v. arg. 116 Z. 2. alius erigit etc.] Albrecht von Mainz, s. Nr. 459, Note 3. — [3] Z. 3. alius sacerd. conjug. etc.] Bischof Johann von Meißen, der den verheiratheten Pfarrer zu Glashütte Jak. Seidler in Stolpen gefangen gesetzt hatte; Seidemann, Beitr. I, 52; Köstlin² I, 496.

[4] Z. 25. resina Galaad] Jerem. 8, 22.

[5] S. 117, Z. 8. Jacob] 1 Mos. 32, 28.

[6] Z. 24. Rogemus] Matth. 9, 37; 13, 41.

(Wartburg.) **Nr. 464.** (Anfang November 1521.)

Luther an Melanchthon.

(Bruchstück.)

Drucke: 1. Aurif. I, 359; 2. de Wette II, 92. — Deutsch: Walch XXI, 761. — Wir geben den Text nach 2.

Silentium meum non est, quod accuses hoc tempore, qui ipse nihil hactenus huc scripseris, id quod debebas tu, in isto rerum vestrarum tumultu,[1] nisi ad unam Emseri vocem ita obstupuisses, ut mutire non liceat. Hui theologos, et fortes christianae doctrinae assertores, quos sic obnoxios habet vir unus, et is quidem malus, idque in causa pietatis! Quin vos illi opponitis? quin arma adversus eum literaria expeditis? quin plebeculae vestrae hominis insaniam et impietatem declaratis? Idque cum referat omnes, qui Christum sapiunt, conari, tamen te in primis, qui cum laurum theologicam[2] geras, ni fallor, obstrinxisti te sacramento ad refellendas et confutandas haereses. Quando videbimus aliquid dignum theologiae baccalaureo? Quod si recte observatum est ὑπὸ φυσιολόγων, laurum fulmina non sentire, nam et Tiberius tonante coelo ea coronari solitus est contra fulminum metus[3]: tum quid Emseri

Digitized by Google

Salmonei fulmina[4] pertimescis, cum laureatus sis? Quin illa Christi pertimescis inevitabilia fulmina: ‚qui erubuerit meos sermones' etc.[5] Apollinis vates, ut apud Lycophrona[6] est, adesa laurum, una numen et fatidicum furorem accipiebat, et ut ait poeta, δαφνηφάγων φοίβαζεν[a] ἐκ λαιμῶν ὅπα. Quam felices theologos, si una cum lauro ipsi quoque divinae doctrinae spiritum conciperent. Sed aude, sacramentum piis literis dixisti; quid cessas? quid mussas?

Me certe quantumvis rudem tironem, tamen comitem habebis, nec poenitebit sub te tali tolerare magistro militiam et grave Martis opus[7]. Quis non sub eo gestiat stipendia facere, qui ad rem theologicam tale ingenium, tam multiplicem rerum scientiam attulerit, qui res naturae, jam annos tot versatus in Herculanis medicorum λούτροις[8], sic pervestigarit, qui omnes philosophorum sententias sicut ungues suos norit. Vehementer enim et toto coelo errare censeo, qui philosophiam et naturae cognitionem inutilem putant theologiae; alioqui quorsum nobis magisteria nostra?

[a] φοίβαξεν 1. 2.

[1] bei der Abſchaffung der Meſſe und dem Austritt vieler Mönche in Wittenberg. — [2] Mel. war Baccalaureus theologiae. [3] vgl. Plin. hist. nat. XV, 30. — [4] Salmon, Sohn des Aeolus, wagte ſich dem Zeus gleichzuſtellen und ahmte mit über Keſſel geſpannten Fellen den Donner des Zeus nach; vgl. Virg. Aeneid. VI, 585; Hygin. fab. 60. 61. 250. — [5] Marc. 8, 38.

[6] Lycophron, Dichter aus Chalcis in Euboea, um 280 v. Chr., ſchrieb u. A. eine Caſſandra oder Alexandra (ed. princeps ap. Aldum, Venet. 1513), worin die angezogene Stelle V. 6 ſich befindet. — Das Eſſen von Lorbeerblättern gab nach dem Glauben der Alten die Kraft der Weiſſagung. „Es iſt bemerkenswerth, daß Luther in ſeiner damaligen Einſamkeit und fern von jedem literariſchen Verkehr dieſe Specialität kannte und davon Gebrauch machte." O. Schmidt, Luth. Bekanntſch. mit den Claſſ. S. 53.

[7] Virg. Aen. VIII, 516. — [8] Erasm. Adag. s. v. Hercul. baln.: Vulcanus muneris vice submisit Herculi fervida balnea, unde omnia calida balnea Herculana dici coepta sunt.

Digitized by Google

(Wartburg.) Nr. 465. 11. November 1521.

Luther an Spalatin.

Original: 1. anhalt. Geſ.-Arch.; — handſchriftlich: 2. Cod. Jen. a. f. 131; — Drucke: 3. Aurif. I, 364; 4. de Wette II, 94. — Deutſch: Walch XV, Anh. LXXX. — Wir geben den Text nach 1.

D. Georgio Spalatino, discipulo Christi, suo in fide amico.

Salutem. Ingratiores literas vix legi, quam has tuas novissimas, ita ut non solum distulerim, sed et statuerim tibi[a 1] nihil respondere. Primum non feram, quod ais, non passurum Principem, scribi in Moguntinum, nec quod publicam pacem perturbare possit; potius te et Principem ipsum perdam et omnem creaturam. Si enim creatori ejus, Papae, restiti, cur cedam ejus creaturae?

Pulchre vero non turbandam pacem publicam arbitraris, et turbandam pacem aeternam Dei per impias illius et sacrilegas perditionis operationes patieris? Non sic, Spalatine, non sic, Princeps! sed pro ovibus Christi resistendum est summis viribus lupo isti gravissimo ad exemplum aliorum. Proinde mitto libellum in eum jam paratum, cum venissent tuae literae, quibus nihil motus sum, ut aliquid mutarem, quamquam sub Philippi calculum projeceram, ut ille mutaret, quod videretur. Tu ergo cave, ne librum Philippo non reddas, aut dissuadeas; fixum est, te non auditum iri.

Quod vero male audire nos cum nostris cogimur, vel ab adversariis vel nimio civiliter prudentibus in re divina, nihil debuisti moveri, cum scias Christum et apostolum non placuisse hominibus. Neque enim adhuc audio, nostros aliquo flagitio accusari, sed tantum contemptu impietatis et perditarum doctrinarum, quamquam juveniles isti motus non placeant, qui Antonii legatum male acceperunt[2]; sed quis omnibus omni loco et tempore frenum injiciat?

An illi nihil unquam designant mali? Et dis-

Digitized by Google

cipuli tulerunt Judae Ischariotis opprobrium, et quotidie in communitatibus feruntur mali. Soli nos sumus, ex[b] quibus exigitur, ne canis mutiat. Obsecro, ne speres, nos apologias singulis reddere, quibus displicebit Vittemberga: quid enim impossibilius?

Non ruet ideo evangelium, si aliqui nostrum peccant in modestiam; qui autem alienantur a verbo, hac causa, non verbo, sed gloriae verbi adhaeserunt. Qui verbo adhaeret propter verbum, portis inferi avellentibus, non avellitur ab eo; qui alienatur, alienetur. Cur non spectat nostra meliora et firmiora? cur spectat pejora et infirmiora? nunquid Philippus et sui accusantur hoc crimine? cur ergo totos damnant ob partem? Minus peccatum est, impium praedicatorem exsibilasse, quam doctrinam ejus fideliter acceptasse: hoc peccatum laudatur, istud irremissibile jactatur. Et hos judices, has aequitates tu formidas, ut ruiturum evangelium putes ob hos fumos?

Abrogationem missarum confirmo hoc, quem mitto, libro.[3] Paraclesin[4] non potui parare, nec video necessariam, cum sit argumentum hoc a me tractatum in Tessaradecade[5]: quam cur non legendam datis? aut cur non potius Evangelia et passionem Christi ei inculcatis, quo solatio nihil est praesentius? an ad singulos casus nova mihi semper scribenda consolatio? quid dicent adversarii? Simul spero suffecturam Philippi paraclesin, cum interim et deferbuisse suspicer animi aegritudinem, ut tarda et jam inutilis veniat mea paraclesis, nec sit periculum ibi impietatis, quod differri aut negligi non sit tutum; hic vero praesens est perditio animarum, in qua laboro.

Jam enim et religiosorum vota aggredi statuo[6], et adolescentes liberare ex isto inferno caelibatus, uredine et fluxibus immundissimi et damnatissimi[c]. Partim haec tentatus, partim indignatus scribo; tu boni consules. Non enim unus est Satan mecum

Digitized by Google

seu potius contra me, qui sum solus, aliquando vero non solus. Vale itaque et saluta omnes nostros. Ad Gerbellium scripseram ante literas novissimas, et omnia inclusa et signata erant. Die S. Martini 1521. T. Mart. Luther.

[a] vobis 3. 4. — [b] a 3. 4. — [c] immundissimis et damnatissimis 3. 4.

[1] Die Vermuthung von Wolters a. a. O. S. 7 (vgl. S. 42, Note 7), daß Spal. „nicht nur in seinem eigenen, sondern zugleich in der Freunde Namen" sich an Luthern gewandt habe, um ihn von dem Druck der Schrift gegen den Erzbischof von Mainz abzuhalten, die Wolters auf die falsche Lesart vobis gründet, wird mit dieser selbst hinfällig.

[2] Als am 5. und 6. Oktober der Antonierhof zu Lichtenberg den sog. St. Antoniusboten nach Wittenberg sandte, um daselbst Almosen zu sammeln, wurde er durch Studenten verhöhnt, mit Koth und Steinen beworfen, und an der Ausübung seiner Mission verhindert. Vgl. die Schilderung des Vorgangs im Briefe Brück's an den Kurf.: Arch. f. sächs. Gesch. II (1864) 343 f.; ferner CR. I, 483; Strobel, Miscell. V, 119; Seidemann, Beitr. I, 182. 192. — [3] opp. v. arg. VI, 113.

[4] Worum es sich hiebei handelte, ist unklar; zuerst war Mel. von Spalatin darum angegangen worden, denn er antwortet darauf (CR. I, Nr. 135, zweite Hälfte Septb.): Quod de Illustr. Principe consolando scribis, facerem equidem libenter, si, ut argumentum, ita occasio ejus interpellandi esset; quamquam non video, cur non ad Heliam nostrum [Luther] eatur.

[5] opp. v. arg. IV, 84. — [6] die Schrift de votis monasticis.

Wartburg. **Nr. 466.** 19. November 1521.

Luther an Graf Albrecht von Mansfeld.[1]

Zueignung des Wintertheils der Kirchenpostille.

Gedruckt: Erl.[2] 7, 1; 53, 82, Nr. 34.

---

[1] Graf Albrecht von Mansfeld, geb. 1480, der jüngere Sohn des 1486 gestorbenen Grafen Ernst I.; vgl. über ihn Größler, Graf Albr. v. Mansfeld, ein Lebensbild aus der Rfzt. (Ztschr. des Harz-V. 18, 365.)

[2] Erl. 7, 3. Z. 20 (= 53, 84. Z. 2) Aelteste M. G. Herrn.] Graf Gebhard VII, den einzigen älteren Bruder Albrechts.

[3] 7, 3. Z. 20 (= 53, 84 Z. 3) beides Stammes] außer der von Ernst I. abstammenden Linie gab es noch eine von dem älteren

Digitized by Google

Bruder Ernsts, Albrecht V. (gest. 1484) abstammende Linie mit 3 Söhnen: Günther IV., Ernst II., Hoier VI.

[4] 7, 5. Z. 6 (= 53, 85. Z. 26) Kunz Schmid] Monach. Pirn. ap. Menck. II, 1521 (vgl. 1459): MCCCCLVI erstunt arge keczrey in Duringen, beuorh am Harcz czu Sangerhausen, Asschersleue vnd in denselbigen geginten [Gegenden], hilten von keinem sacramenth, hatten ire lere von doctor Conrado Schmiet, den sie gloubten ir vorsprechir am Jungsten tage czu seyn, worden dorch die Grafen von Schwarczburg vnd von Stolberck czustört vnd vortriben. — Nach Müller, Sangershäuser Chronik 227 wurde Conrad Schmidt, ein flagellantisch-spiritualistischer Prophet, 1414 in Sangershausen, nach Andern schon 1369 hingerichtet Seine apokalyptischen Weissagungen erhielten sich lange unter seinen Anhängern, die ihn als Henoch und Elias ansahen; vgl. Haupt, zur Gesch. der Geißler (in der Ztschr. f. Kgsch. IX, 117 f.) und die dortige weitere Literatur. — In Alveld's: Sermon, darinnen sich Bruder Augustinus von Alueldt ... des so in Bruder Martinus Luther ... gelestert u. s. w. (Weller, repert. Nr. 1317) v. J. 1520 mehrfach als Pigharde erwähnt. Vgl. Unsch. Nachr. 1735, 132. 531; 1747, 483.

[5] 7, 5. Z. 7 (= 53, 85. Z. 26) der grau Sperling] ist wohl „Curt Eierflicker", d. i. der hl. Conrad, ein Schüler des hl. Franziskus. Er machte einer Eierkrämerin verschüttete Eier wieder ganz. Zuletzt soll eines Bauernweibs Haus und Gut von der Erde verschlungen worden sein, welche Conraden gescholten, da er sich auf einen Schemel, worauf ihre Eier gelegen, gesetzt, und dieselben zerdrückt habe. Unsch. Nachr. 1743, 396. Tischr. Nr. 1849. Flögel, Gesch. der kom. Litt. III, 377. (Burkhardt, Luthers Briefw. S. 42.)

Wartburg. **Nr. 467.** 21. November 1521.

Luther an seinen Vater Hans Luther.

Zueignung der Schrift De votis monasticis.

Gedruckt: opp. v. arg. VI, 238 (woselbst auch p. 235 ff. die ersten Ausgaben[1]); deutsch nach der von Just. Jonas verfertigten Uebersetzung: Erl. 53, 86, Nr. 35.

---

[1] Die Schrift Luthers wurde auch ins Französische übersetzt; Pierre de Sébiville aus Grenoble an Anemund Coct in Zürich, 28. Decb. 1524 (Herminjard, corresp. des réf. I, 315): Anthonius Papilio ... a translaté le traictié „de votis monasticis" à Madame d'Alençon, seur du Roy, de quoy il a eu beauc[illegible] [illegible]aires avecques cette vermine parrhisienne [d. i. die S[illegible] — [2] p. 239, l. 9. illud Psalmi] 94, 11.

Digitized by Google

[3] p. 240. l. 30. illud Sapientis] Jeſ. Sir. 26, 20.
[4] ib. l. 37. praeconium] Weish. Sal. 3, 13.
[5] p. 241. l. 37. Sapiens] Jeſ. Sir. 34, 12 f.
[6] p. 242. l. 9. dicente Christo] Matth. 10, 37.
[7] ib. l. 12. Apostolus] Epheſ. 6, 1; Col. 3, 20.
[8] ib. l. 23. Paulus] 2 Tim. 3, 2.

Wartburg. Nr. 468. 22. November 1521.

Luther an Spalatin.

Original: 1. anhalt. Geſ.-Arch.; — handſchriftlich: 2. Cod. Dessav. A. Nr. 105; 3. Cod. Jen. a. f. 132; — Drucke: 4. Aurif. I, 366; 5. de Wette II, 105. — Deutſch: Walch XIX, 2242. — Wir geben den Text nach 1.

Suo charissimo Spalatino.

S. Praefationes has duas[1], alteram vernaculam Evangeliis praeponendam, alteram libello de monasticis votis latinam, cura, quaeso, mi Spalatine, ut diligenter serventur et a te et a Philippo, ne pereant, donec reliquum Postillarum absolvero, in quo jam laboro.

Vaga et incerta relatione didici, deposuisse apud nostros quosdam cucullum[2], quod ne forte non satis firma conscientia facerent, timui. Hic timor extorsit mihi eum libellum, ut et mei nominis, si qua est autoritate vel apud pios et bonos, levarentur et apud semet ipsos magis animarentur. Certum est, votum monasticum hodie esse damnatum vel uno hoc nomine, quod in monasteriis verbum Dei non tractatur et mera hominum mendacia ibi regnant.

Utinam et Princeps noster Bethaven[3] quoque suam Wittembergensem aboleret, dispertitis post vitam eorum, qui nunc sunt in ea stipendiarii, reditibus[a] in pauperes, quales multos habet ea terra, etiam in sanguine generoso, sicut nosti. Ea enim erat Principe digna munificentia, quae ei regnum aperiret aeternum; ista impietas per eum roborata

Digitized by Google

quid faciet? Alias alia. Vale in Domino. Ex eremo, die S. Caeciliae 1521. Mart. Luther.

a redditibus 1.

1 Nr. 466 und 467.

2 vgl. den Brief des Priors Helt an den Kurf. vom 12. Nov. (CR. I, 484): Aus solchen Predigen [besonders des Augustiners Gabriel Zwilling] seind mir fast alle Brüder überredet und verführt worden, also daß aus ihnen 13 wider den Eid, den sie Gott und dem Orden geschworen, ohne Ersuchung und Erlaubung ihrer Obersten aus dem Kloster gegangen, und das Kleid des Ordens von sich geworfen u. s. w. — Ulscenius an Capito, 30. Nov. (Thes. Baum. I, 204): Quindecim Monachi vestem mutarunt, quorum antesignanus Magister Gabriel, divini verbi praeco strenuus, hodie mutat. — Vgl. Köstlin² I, 501.

3 d. i. ein Sündenhaus der Abgötterei, mit Bezug auf Hos. 4, 15; 10, 5; — vgl. opp. v. arg. VI, 210.

Wartburg. Nr. 468a. 25. November 1521.

Luther an die Augustiner zu Wittenberg.

Vgl. Nr. 463.

Wartburg. Nr. 469. 1. December 1521.[1]

Luther an Erzbischof Albrecht von Mainz.

Ermahnung, den Ablaßunfug in Halle abzustellen und die verehelichten Priester in Frieden zu lassen. Erwartet innerhalb 14 Tagen Antwort, wenn er nicht seine Schrift Wider den Abgott zu Halle solle ausgehen lassen. — Beantwortet 21. December.

Gedruckt: Erl. 53, 95. Nr. 37, woselbst auch die andern Standorte.

---

1 Nach de Wette-Seidem. VI, 37 hatte eine Abschrift des Cod. Seidel. in Dresden laut Canzler's und Meißner's Quartalschr. 3. Jahrg. 2. H. (1785) S. 38 einen jetzt darin fehlenden Brief Luthers an den Erzb. von Mainz, die Catharinae = 25. Nov., welchen Seidemann a. a. O., sowie Burkhardt, Luth. Briefw. S. 43, für einen besondern Brief Luthers halten. Nun sagt freilich Albrecht in seiner Antwort: „Ich hab Euern Brief, welches Datum steht am Tag Catharinä". Allein dieser angebliche Brief ist sicher mit dem unsrigen identisch, und kann von zweien Briefen, vom 25. Nov. und 1. Dec., keine Rede sein; denn Albrecht antwortet nur auf Einen Brief, Luther sagt im

Digitized by Google

Anf. dieſes Briefs, daß er bisher in Allem nur zweimal (vgl. Nr. 48 und 266) an den Erzbiſchof geſchrieben habe, und nennt dieſen Brief „die dritte Warnung auf deutſch". Es kann daher nur ein Zweifel darüber ſein, welches das richtige Datum iſt, ob der 25. Novb. oder der 1. December. Vgl. Köſtlin[2] I, 802, Note 1 zu S. 486. — [2] S. 97, Z. 39. Eſaia] 33, 1.

[3] ib. Z. 40. nach St. Paulus Lehre] 1 Cor. 5.

[4] S. 98, Z. 4. Prieſter] Bernhardi in Kemberg, vgl. Nr. 451, Note 10; Zeiger in Batterode, vgl. Nr. 474, Note 7.

[5] ib. Z. 24. ihre Hurn] bezieht ſich inſonderheit auf den Erzbiſchof von Mainz, der eine genial-liederliche Maitreſſenwirthſchaft führte; vgl. Hertzberg, Halle am Vorabend der Reform. (in den Mitthl. des thür.-ſächſ. V. Bd. IX.)

[6] ib. Z. 41. Antwort inwendig 14 Tagen] Die Antwort erfolgte erſt nach 3 Wochen, der Brief ging jedoch auch erſt am 11. December (sub brumam) durch Mel. an den Erzbiſchof ab; vgl. Mel.'s Brief an Capito, CR. I, Nr. 159, worin er dieſen ermahnt, der Erzbiſchof möge den Inhalt nicht verachten, um ſo mehr, da Luther darin nur den Ablaß, und nicht auch die andern Mißbräuche angreife.

Wittenberg. **Nr. 470.** (zwiſchen 4. und 9. December 1521.)[1]

Luther an Spalatin.

Original: **1.** anhalt. Geſ.-Arch.; — handſchriftlich: **2.** Cod. Dessav. A. Nr. 106; **3.** Cod. Jen. a. f. 133; — Drucke: **4.** Aurif. I, 366[b]; **5.** de Wette II, 109 (Ende Novembers). — Deutſch: Walch XV, Anh. XCVIII. — Wir geben den Text nach 1.

Suo Georgio Spalatino, Christi servo, amico.

S. Misi ad te una cum literis libellos de votis, de missis, et in Moguntinum tyrannum, quae omnia sperabam reddita esse, quibus oportuit; nunc cum longe aliud inveniam, varia cogitare cogor. Metuo enim, ne intercepta sint in itinere, aut quoquo modo per nuntium perdita. Quod si scirem ad te pervenisse et apud te captiva esse, non esset, quod me magis hoc tempore gravaret, cum in eis hoc egerim, quod maturari quam maxime debuit.

Tu itaque si habes ea penes te, fac, ut modestiae et prudentiae tuae, qua mihi suspectus es, modum ponas.[2] Nihil enim agis, dum adversus gurgitem remigas; edi volo, quae scripsi, si non

Digitized by Google

Wittembergae, certe alibi. Quod si exemplaria vel amissa sunt, vel tu ea retinueris, exacerbabitur mihi spiritus, ut multo vehementiora deinceps in eam rem nihilominus moliar. Neque enim spiritum etiam extinguet, qui mortuas chartas extinxerit.

Veni Vitembergam, et inter dulcissimas amicorum suavitates hoc absynthium inveni, scilicet libellos et literas nemini esse neque auditas neque visas: quem dolorem tu judica an justum esse debuerim arbitrari. Omnia vehementer placent, quae video et audio: Dominus confortet spiritum eorum, qui bene volunt, quamquam per viam vexatus rumore vario de nostrorum quorundam importunitate, praestituerim publicam exhortationem edere, quamprimum reversus fuero ad eremum meam.[3] Caetera alias.

Principi Illustriss. me commenda, cui celatum meum accessum ad Vittembergam et recessum volui; qua causa satis ipse intelligis. Vale. Vittembergae apud Philippum meum in aedibus Amsdorffianis[4]. 1521. Martinus Luther.

Biblia Latina apud te et per te curabit Philippus ad me mitti, quae rogo suscipias et cures fide tua.

[1] Luthers heimliche Reise nach Wittenberg (vgl. über dieselbe Köstlin[2] I, 510) fällt in die Zeit vom 2.—10. December; er reiste über Leipzig, wo er am 3. December (Vigilia Barbarä) war, vgl. Seidemann, Leipz. Disput. 100. Unser Brief kann daher nur in der Zeit vom 4.—9. December geschrieben sein. Vgl. Seidemann, Luthers Reisen (im Sächs. Kirchen- u. Schulblatt 1873, Sp. 57.)

[2] Die Ursache, warum Spal. die Schrift bei sich zurückbehalten hatte, war wohl die, weil man bei Hofe mit der Abschaffung der Messe u. s. w. übel zufrieden war. Auf diesen Brief schickte nun Spal. die Schriften über die Gelübde und von der Messe an Mel. ab, die gegen den Erzbischof hielt er jedoch noch zurück; vgl. den nächsten Brief.

[3] Nach seiner Rückkehr auf die Wartburg schrieb er: Ein treu Vormahnung zu allen Christen, sich zu vorhuten fur Aufruhr und Emporung. (Erl. 22, 43.) — [4] Mel. wohnte damals im Amsdorfischen Hause; vgl. Kingke, Reisegesch. 113.

Digitized by Google

(Wartburg.) Nr. 471. (Mitte December 1521.)[1]

Luther an Spalatin.

Drucke: 1. Aurif. II, 221 (falſch ins Jahr 1524 geſetzt); 2. de Wette II, 110 (Anfang Decembers). — Deutſch: Walch XXI, 910. — Wir geben den Text nach 2.

Salutem. En, ne nihil tibi videar concessisse, mi Spalatine, permitto differri libelli in Moguntinensem editionem; verum Philippo volo tradas, cui mandavi, ut acerbiora eradat[a]. Nam epistolam[2] omnino volo ad eum mitti, ac denuo aliam proprio nuntio ad eum mittam. Sum contentus, quod scribis de ejus concione futura, et tu bene facis, qui non temere judicas, sed non bene facis, quod mihi etiam non aliquando credis. Scio cogitationes Satanae, mi Spalatine, sed nihil adversus cogitationes Domini; denique et aliam fore technam Satanae novi, quae majore specie nos petat quam ista, nec sic quidem eum metuam. Dominus enim vivit, cui vos, ut decet aulicos, non creditis, nisi temperet opera sua ad sensum vestrum, ut jam credere non sit opus. Nihil aeque me offendit in ista aula atque incredulitas, quae nec credit ista, quae fiunt, solo consilio Dei[b] fieri, nec probat, nisi quid nostris viribus spes sit consummari, adeo nihil profectum est hactenus tot experientiis et exemplis vel in hac causa sola. Scribis sacerdotes esse dimissos ab illis[3], quasi non sit dimissio[c] illa septies cruentior, quam captivitas, etiamsi occidissent, dum coëgerunt miseros pejerare et veritatem Dei abnegare. Scilicet ii sunt, quos ad bonam frugem rediisse jactes, et ab iis expectes[d], ut ex animo evangelisent aliquando.

Obsecro, si veritas est, istum caelibatum et monasticen divinitus damnari, sicuti non est dubium, cur non liceat diversum tentare et sequi? An perpetuo de verbis Dei disputandum solum est, et opere semper abstinendum? Sed quid surdo fabula? Non enim credit sensus tuus aulicus nimio, hoc est et

Digitized by Google

sapiens et timens nimio. Ego credam episcopos concionaturos evangelium, si videro eos relictis suis episcopatibus soli verbo sese dedere, nec ante credam. Interim Satanae consilia[e] blasphemantis hoc ministerium sacrilego fuco non metuam. Video tandem consilia hominum perrumpenda esse in hac causa, quibus hactenus varie impeditus sum, frustra timentibus ruinam coelorum. Si nihil aliud agendum est, quam hactenus egimus, nihil aliud quoque doctum oportuit

Mitto et exhortationem vernaculam[4], quam velim quantocius edi, in occursum rudium illorum et insulsorum nostri nominis jactatorum. Hic quaternio G. in Methodo Philippi superfluit, desunt autem in fine tres quaterniones novissimi Q. R. S., quos complebis in tempore. Graecum Testamentum Philippo reddes, ac vale cum tota aula, quam Christus aliquando reddat fidelem fide ἀνυποκρίτῳ. Amen.

T. Martinus Luther.

[a] so ist, statt tradat bei 1. 2, zu lesen, vgl. de Wette III, Nachträge. — [b] de (!) 1. — [c] demissio 1. — [d] 2 in Note: Vielleicht jactas ... expectas. — [e] consili (!) 1. — [f] † Anno MDXXIIII. 1.

[1] Da Luther diesen Brief nach seiner Rückkehr von seinem bis zum 10. Dec. dauernden Aufenthalt in Wittenberg geschrieben, auch schon Antwort auf Nr. 470 erhalten hat, so kann man denselben nicht vor Mitte des Monats ansetzen.

[2] Nach Wolters, S. 43, Note 14, soll unter epistolam nicht der Brief an den Erzbischof von Mainz verstanden werden können, sondern ein fehlender Brief an Mel., den Luther mit den zu Anfang von Nr. 470 erwähnten Büchern an Spal. zur Besorgung geschickt habe. Da aber Wolters in der Datirung dieses Briefes irrt und ihn zu früh (noch in den November) setzt, so ist seine Ansicht nicht haltbar. Luther will vielmehr, daß Spal. den Brief an den Erzbischof an Melanchthon sende, damit er auch darin acerbiora eradat, und will in der Hinsicht durch einen eigenen Boten nochmals an Mel. schreiben. Daß Mel. mittlerweile den Brief an den Erzbischof erhalten und abgeschickt hatte (vgl. Nr. 469, Note 7), wußte Luther nicht.

[3] Wohl Seidler von dem Bischof von Meißen (vgl. Nr. 463, Note 3), ferner der Pfarrer von Batterode vom Erzbischof von Mainz (vgl. Capito's Brief vom 20. Dec.)

[4] Erl. 22, 43; vgl. Nr. 470, Note 3.

Digitized by Google

Wartburg. Nr. 472. 18. December 1521.

Luther an Joh. Lang in Erfurt.

Drucke: 1. Aurif. I, 295[b] (falſch ins Jahr 1520 geſetzt); 2. de Wette II, 115. — Deutſch: Walch XV, Anh. LXXXII. — Wir geben den Text nach 2.

Suo charissimo Johanni Lango, Fratri Augustiniano, christiano Erffurdiensi Ecclesiastae, Mart. Lutherus.

Non probo egressum istum tumultuosum[1], cum potuissent et pacifice et amice ab invicem separari. Tu in comitiis futurus[2], vide, ut evangelii partes foveas, defendas; ego hic latebo usque ad Pascha. Interim Postillas conscribam, Novum Testamentum vernacula donaturus, quam rem postulant[a] nostri, in qua et te audio laborare[3]: perge, ut coepisti. Utinam oppida singula interpretem suum haberent, et solus hic liber omnium lingua, manu, oculis, auribus, cordibus versaretur. Caetera ex Wittembergensibus audito. Ego corpore bene habeo, et bene curor, sed peccatis et tentationibus quoque bene pulsor. Ora pro me, ac bene vale. Ex Eremo, 4. feria post Luciae 1521.

T.[b] Martinus Lutherus.

[a] ...lant 1, welches Fabricius, Centifol. Luth. p. 191 richtig ergänzt hat, wofür Zeltner in ſ. Dissert. de nouis bibliorum uersionibus germanicis non temere vulgandis, ed. 2. p. 112 für ſeinen Zweck sugillant ergänzen will (vgl. Riederer, Nachr. I, 256.) — [b] T. fehlt 2.

[1] Es iſt der Austritt der Mönche aus dem Kloſter gemeint; vgl. Kolde, Augustinercong. 375, Note 3.

[2] Um Epiphanias 1522 trat ein Convent der Auguſtiner aus Sachſen, Thüringen und Meißen in Wittenberg unter dem Vorſitze Link's (vgl. den folgenden Brief) zuſammen, auf welchem die Gelübde für nicht mehr verbindlich erklärt wurden und der Austritt aus dem Kloſter freigeſtellt wurde. Die Beſchlüſſe des Convents: CR. I, 456 (aber erſt auf Ende Dec. zu ſetzen). Vgl. Erhard, vaterl. Ueberlief. I, 48; Kampſchulte, Erfurt, II, 142 (der aber den Convent fälſchlich in Erfurt gehalten werden läßt); Kawerau, Güttel, 1882, S. 36 (vgl. S. 96, Nr. 7. 8) Köſtlin[2] I, 503.

[3] Lang's Ueberſetzung des Matthäus war bereits im Jr erſchienen, aber Luthern in ſeiner Zurückgezoge geblieben: Das heilig Euangeli | um Matthei au

Digitized by Google

vñ bisweilen aus des hochgelertē hern Erasmi vō | Roterdam translacion Vñ durch den wirdigē doc | torē Johānē Langiū vō Erffurt Augustiner ordēs | yns deutsch gebracht, wilches tzu gotlicher ere | beschirmūg der warheit, vñ dē warhafftigē chris- | ten, nutz vnd selickeit yres lebens tzu besserung. geschehen ist. Anno M.D.xxi. — s. l. (Erfurt), 11 Bg. in 4. (vgl. Weller im Serapeum 1866, S. 313, Nr. 134.) Die Vorrede datirt: am tag Philippi vnd Jacobi, hingegen die an den „Ernuesten Herman Uomhof zu erfurt heuptman" gerichtete Widmung: am abent Johannis deß teuffers. In der Vorrede sagt Lang: „So es Nutz bringen wird, wie ich hoff, bin ich bereit, meher auf solche Weis umb gemeinen Nutz zu arbeiten", jedoch ist von weiteren Uebersetzungen biblischer Bücher durch Lang nichts bekannt.

Wartburg. **Nr. 473.** 20. December 1521.

Luther an Wenc. Link in Nürnberg.

Handschriftlich: 1. Börner'sche Sammlung in Leipzig; 2. Dresdener Archiv, Locat. 10299, Bl. 12[a] (mit dem Datum: fer. 4. p. L., also 18. December; gleichzeitige für den Herzog Georg irgendwie beschaffte Abschrift mit Abbreviaturen; Varianten angeführt bei de Wette-Seidemann VI, 538, Note 5); 3. Cod. Seidel. in Dresden, p. 351 (auf der Rückseite des Briefes stehen die auf dem Wittenberger Convent gefaßten Beschlüsse in einer vom CR. I, Nr. 136 sehr abweichenden Form); — Drucke: 4. Schütze II, 41 (nach 1); 5. de Wette II, 116 (nach 4). — Wir berücksichtigen für den Text 2 und 3.

Optimo et christiano viro, Vincilao Linco, Augustinianae familiae, suo in Christo majori.[a]

Salutem et gloriam in Domino. Optime Vincilae, quod Catharinus meus tibi placuerit[b], gaudeo[c], nam calculo tuo[d] non parum tribuo; sed vide, ut agam[e] tecum, quomodo[f] dicunt: Concedens bonae consequentiae antecedens non potest negare consequens. At consequens id est, quod nunc in coenobio isto vides. Si enim adversus evangelium est, peccata in usu cibi, loci, personae, temporis[g] aliarumque [illegible]rum statuere[h]: ubi manebunt vota, monasteria, [illegible] statuta[i]? Adversus enim[k] evangelium ea [illegible] tamen tam verum est, adversus [illegible]cata[m] statui in illis, quam esse evangelium. Quid ergo

17

Digitized by Google

tu facies? quem coges ad obedientiam? quem revocabis egressum? quem accusabis apostatam, si libertatem hic et nulla peccata esse docebis, sicut debes? Petis forte a me consilium; imo[n], me consule non eges. Certus enim sum, nil te facturum aut passurum adversus evangelium, etiamsi omnia coenobia sint[o] perdenda. Displicet sane mihi egressus iste cum tumultu[2], quem audivi. Oportuit enim mutuo consensu et pace ab invicem dimitti, nisi haec poena sit[p] male et impie emissi voti, ut cum confusione[q] dissolveretur, quod impia concordia fuerit[r] compositum. Sed út revocari possint, non video rectum et bonum, licet non recte et bene fecerint. Neque puto te posse prohibere, si[s] qui praeterea sint, qui egredi voluerint[t]; optimum itaque foret[u], ut his tuis comitiis[3] curares[v], exemplo Cyri[4], publico edicto libertatem donari[w] his, qui volunt egredi[x], neminem extrudendo[y], neminem vi retinendo. Tu vero interim cum Hieremia[5] in ministerio Babylonis maneres; nam et ego in habitu et ritu isto manebo, nisi mundus alius fiat[z].

Prorsus non video, quid aliud hic facere posses[a]. Nolo enim te impietati praeesse, aut ducem super iniquitatem[b]. Si libellum meum de votis legeris, videbis meam sententiam. Eram[c] Wittembergae, sed non licuit monasterium ingredi, ne proderer[d]. Igitur audendum tibi aliquid hic est[e], cum videas, tempus et opus Dei ita poscere[f]. Inaudita sunt, fateor, sed simul etiam invicta[g]. Ego demonstrative convictus sum. Habes Philippum Melanchtonem[h] et alios, quos consulas[i]. Placuit enim, ut haec comitia Wittembergae haberes. Patrem nostrum charissimum Staupitium nescio, ubi sit. Audio autem eum idolo Salzburgensi[k6] aulicum esse, quod homini optimo invideo. Tu eum salutabis. Nam ex libellis meis credo[l] intelliget, quis sim et quid[m] agam. Jam in Postilla et vernacula[n] tradenda Biblia laboro. Vale. Ex Eremo, fer. 6.° post Luciae Virginis[p].

Tuus Martinus Luther.

Digitized by Google

[a] Adreſſe nur bei 2. — [b] placuit 2. — [c] gaudeo fehlt 2. 3. — [d] nach 2; die Andern: cordato viro. — [e] agatur 2. — [f] quo 4. 5; 2 und 3: quō. — [g] temporis fehlt 4. 5. — [h] ſt. peccata in usu ... statuere: peccare in usu ... 3. 4. 5. — [i] ſt. regulae, statuta: regna, creatura 4. 5. — [k] nach 2; die Andern: nostrum. — [l] esse fehlt 3. 4. 5. — [m] puncta 4. — [n] dico 4. 5. — [o] sunt 4. 5. — [p] hoc sit poena 2. — [q] dissensione 4. 5. — [r] fuit 2. — [s] sed 3. 4. — [t] velint 2. — [u] fuerit 4. 5. — [v] careres 3. 4; caveres 4. 5. — [w] et exemplo ... donares 3. 4. 5. — [x] reverti 2. — [y] nach 5; die Handſchriften und 4: extendendo, was keinen Sinn gibt. — [z] nisi etc. fehlt 4. 5. — [a] aliud possis hic 2. — [b] super impietatem esse 2. — [c] Fui 2. — [d] perderer 4. 5. — [e] est fehlt 2. — [f] id adposcere 2. — [g] invita 4. 5. — [h] Melanchtonem fehlt 2. — [i] et alios quoque consules 4. 5. — [k] idoli Salzb. 2. — [l] credo fehlt 3. 4. 5. — [m] quod 4. 5. — [n] vernacule 2. — [o] Ex Eremo fratrum [falſch für: feria] 4ta. 2. — [p] ſtatt Virginis: anno etc. XXj. 2.

[1] beinem Urtheil (calculus das Steinchen, mit welchem bei den Alten abgeſtimmt wurde). — [2] vgl. Nr. 472, Note 1.

[3] Link, Ordensvicar, nach einer größern Viſitationsreiſe in den Nürnberger Convent zurückgekehrt, war durch die Vorgänge in Wittenberg in Unruhe verſetzt und hatte deßhalb auf Staupitzens Rath das Capitel nach Wittenberg ausgeſchrieben (Nr. 472, Note 2). Anfangs December hatte er an Luthern geſchrieben, um zur Klarheit in der Angelegenheit zu gelangen; hier haben wir L.'s Antwort. Vgl. Kolde, Auguſt. 375 ff.; Knaake in der Ztſchr. f. luth. Th. 1876, S. 347; Seidemann, Leipz. Disp. 101 f.

[4] Eſra 1. — [5] 40, 6. — [6] Cardinal Matth. Lang.

Halle. Nr. 474. 20. u. 21. December 1521.

Capito an Luther.

Beantwortet 17. Januar 1522.

Handſchriftlich: 1. Bern, Cod. Spalatini = Epp. variae XVII. 4°. fol. 8[a] u. 7[b] (von Spalatins Hand geſchrieben; Aufſchrift Spalatins: Doct. V. Fabritij Capitonis Epistola ad Doct. Martinum Lutherum MDXXI Scripta et data, MDXXII accepta. ὦ θαυμαστά.); 2. Straßburg, Thes. Baum. I, 210. 213 (nach 1); — Druck: 3. Krafft, Briefe u. Docum. S. 35. 38, Nr. 16. 17. — Wir geben den Text nach 3 und 2.

S. D. Nihil ad te diu scripsi, principio quod nolui cursui isti obstrepere, quem optarim esse quam felicissimum. Deinde quod[a] rationem inii juvanda-
rerum diversam a vestra, qui quidem abunde
[b] *Marte tueri gradum, et vehementiam*
nemo poterit resistere. Iccirco
bis utcumque subsidio esse[c].
tum videtur. Nam Eras-

Digitized by Google

mus, qui neque obesae naris[d] [1], *neque postremi*[e] *spiritus, siquidem optime vult rebus publicis religionis nostrae, quamvis alio quodam judicio est praeditus, is in medium consuluit Coloniae* [2], *ut causam curarem differendam, victoriam sitam esse in cognitione causae, quae tempus requirat. Cui diligenter obsecutus, egi hactenus per meum Principem, ne quid in te maturius statueretur. Quid non tentavi Coloniae? quid non sustinui? quo quomodocunque subsidio essem*[f] *vestris copiis. Neque in hoc magnam gratiam emerui apud Romanos, quorum consilia et conatus ea industria concidere haud opinor citra utilitatem publicam. Quoties deinde Princeps meus Maguntinus*[g] *Vormatiae, dum de te extinguendo deliberaretur, nunc cunctando*[h], *nunc aperte*[i] *diversum consulendo effecit, ut dilata causa plurium animos occuparet. Tametsi technis quibusdam saepenumero aliorsum deflexerit, quia Princeps est, et rudis lectione sacra, semper tamen in viam non admodum repugnans pertractus est. Interea vero, dum adessem illi, quidpiam sacrarum haud infeliciter degustavit, adeoque in spem minime vanam*[k] *me conjecit, fore in eo aliquando quiddam absolutius. Nolo amplius, ne quid me putes vel fingere, vel ambitiosius prae me ferre, qui nihil aeque cupiam, quam publice lenitatem Christi citra tyrannidem hominum regnare. Deserui dulcissima studia* [3], *vivendi rationem apprehendi meis moribus alienam, ut sic obices amolirer vobis pie currentibus. Neque infeliciter omnino successit. Nam mihi testis est, quisquis norit, quoties a nostris partibus steterit Cardinalis Maguntinus*[l], *quoties cierit stomachum Romanis, quoties denique illum oblique, me autem aperte vituperarint*[m] *literis suis, tamquam ille a me remollitus ignavius ipsos tueretur. Egi, quid apud te dissimularem, vafre, sed pie, et humanam industriam adegi in ministerium fidei amplificandum. Ceterum ut hujusmodi obtinerem, saepenumero pollicitus sum Principi meo, fore ut nemo nostri*[n] *ordinis vel tantillum sit illi of-*

Digitized by Google

fecturus, quin omnes obviis manibus sint accepturi fidei ejus confessionem et sinceritatem, modo pergat rei scopum vere intelligere, et vita ut exprimat conari, cum multum referat, ne quis frivola veris rebus putet anteferenda. Visus est enim[o] *interim ceremoniosior.*

Contra ego persuasi et hominem perpuli ad legendum[p] *sacra, praesertim Evangelia et Paulum, praeterea, quae de bonis operibus*[4] *pientissime*[q] *tu pridem edidisti. Ea jam octo dies in manibus habet et versat; quibus rebus in judicium christianum, quantum video, pulchre*[r] *proficit. Posteaquam vero ad Hallim reditum est, mox propter lectionis insolentiam, nescio quid me inscio super indulgentiis*[5] *attentarit, quod equidem sero rescieram, nihilo tamen secius ita oppugnavi, ut haud dubium facti duceretur poenitentia. Neque ab eo die quiddam, quod ego sciam, ad revocandas indulgentias conatus est, quin potius lectione et confabulationibus quotidianis magis atque magis lucem veritatis haurit, ut est vir omnium minime ignarus*[s]*. Gaudeo de literis tuis. Quae jam hactenus ego, tu jam illis peragis tuis*[t]*. Confirmatur animus ejus, quem tamen alioqui firmissimum*[u] *futurum expecto, postquam solidiore cibo assueverit; nec obstat, nisi quod homo est, non, ut ille*[6] *ait, inadulabilis, quia princeps natus et juvenis est. Video te nihil aliud quaesivisse*[v]*, quam ne sepultas condonationes*[w] *revocaret, ne autoritate imponeret plebi. Iccirco belle mecum facis et tibi gratiam habeo. Tantum oro, ne quid temere, ne bene pergentem traducas, ne pulchre inchoantem, imo pergentem deterreas conviciis, ne studio forte et sedulitate pecces, et mihi saltem dones levia quaedam, si quae habet, idque ad tempus condones, ceu propediem emendanda, quatenus inquam spes fuerit meliorem fore. Quam probe mecum tuetur concionibus*[x] *christianis audiendis! Suo imperio dicitur hic Evangelium Matthaei libere ab eo die, quo indulgentias intermiserit. Suis verbis prohibuit monachos ambientes facultatem in te dicendi, instructos licet bullis pontificiis. Evangelium,*

Digitized by Google

inquit me absente, si vultis citra alicujus[y] reprehensionem pure et simpliciter docere, non repugnabo; ad contentionem dicentibus nunquam ero autor. Deinde importuna agentibus idem per me, sed aliquanto latius respondit. Hujusmodi bis mille contigerunt, quorum bonam partem novit Stromerus[z] medicus, homo pius tuoque nomini deditissimus. Quae mihi omnia argumento sunt in causa esse illius erroris, si quem adhuc foverit, impudentiam[a] adulatorum, quos iniquiores evangelio perfero, etsi aliud scite simulant. Accidunt tamen interim, quae non probo. Quid igitur? Num extra mundum sumus? ut velimus omnes[a] maculas importunis remediis semel abstergere? Connivendum ad leviuscula et inserendus animus ad veritatem; tum per se, quod est falsum, concidet. Oro itaque vehementer vel propter Christum, ut causam absolute agas sine respectu vel mei vel alterius Principis, quo majus pondus olim lacessito repugnandi supersit. Perpende[b] vulgi judicium, quod petulantiam et dicendi procacitatem aversatur. Moveat etiam meum periculum, si quid[c] in hac causa amicitiae tribuendum videtur, qui de te omnem promittens securitatem Principi meo confeci, ut sero contra te quicquam apud Germanos constitueretur, deinde ne constitutum in aliquas vires exurgeret, unde inanibus edictis additum est causae tuae robur. Nam fuisset plenum periculo, si causam, prius quam vulgo extra os[d] nota esset, viribus isti odiosius oppugnassent. Trepidando animus tuis assectatoribus accessit ac redditus est, quod praevideram[e] fore. Hoc[f] scribo ceu non proposito argumento de tua fide non minus quam spiritu certus, quod sciam, omnia te candide interpretaturum. Nihil enim quaero, quam profectum evangelii et immerentis mei Principis securitatem, fiat tandem interim[g] inter proceres syncretismus, que omnis scribendi licentia serio ut ficte hacte praecludatur, quod futurum metuo non sine infin sanguinis christiani jactura. Quod si quid c Principe meo habes, me et ill

Digitized by Google

vatim, et[l] *placide deducam in viam; nam ex lectione factus est et fit indies sequacior.*

De maritis sacerdotibus multa suspecta ὥσπερ ὕπουλα vehementer timeo, potissimum ne qui[k] *vulgi assensu conjugium sibi asciscentes, postquam male inter se forte cohaeserint, aut pertaeduerit molestiae uxoriae, iterum refutent autoritate superiorum, eoque utrimque habeant*[l] *suorum affectuum non remota κρησφύγετα, quae res populum in nos exasperaret*[m]*. Si pauci et boni atque constantes viri rem primum periclitarentur aut commodior alioqui ratio dispiceretur*[n]*, plus profecto de successu sperarem. De nostro autem sacerdote in Vaterrode*[s] *rem sic tene. Scortum quoddam ab Helvetia huc oberrans sibi is adjunxit, cui cum amantius cohaereret, Comites, incitati nobilis cujusdam illi adversissimi, eam a ditione sua, sub qua habitat, excluserunt. Defendit homo, sibi illam loco uxoris esse, inique fieri, si a Deo conjunctos ulla potestas separare pergat*[o]*. Mox illum denunciarunt*[p] *Principi meo, ut ad poenam raperet*[q] *tamquam pernitiosum novatorem, adeoque ardentibus verbis, ut invitum et recusantem tandem propellerent*[r]*. Sed ille nunc liber factus sacerdotium iterum ambit, quod spero nos illi quodam ingenio*[s] *statim confecturos. Postremo ut me tibi aperiam totum, si non animus et spiritus τῷ ἄρχοντι accesserit, nihil deinceps erit, cur me hoc taedio aulico enecem, nec subserviam amplius quatuor menses, si tantisper subserviam huic expectationi ceu desperatae. Quin mox redibo totus in gratiam cum sacris, quibus nunc velut per transennam inspectis*[t] *me obiter oblecto. Nam integre frui ad solatium*[u] *animo fatiscenti sordibus negotiorum non datur. Vale et nos mutuo ames in vinculo charitatis, extra quod nihil gratiae*[v] *petimus*[w]*, et responde, si vacat, per Melanthonem. Datum Hallis, die XX. Decembris. An. MDXXI.*

V. Fabritius Capito, tibi deditissimus.

P. S.[x] *Respondit*[y] *Princeps*[9] *ad tuas, si privatus esset, non posset humanius aut submissius.*

Digitized by Google

Nostrum erit prae nobis ferre animum minime procacem, ne videamur animo gladiatorio captare et irritare pugnam. Jonae plurima dixi[10], *quae putaram ad rem attinere. Charitas*[z] *tua boni consulat, et ad nos interim respondere nitatur, quo pro virili partes adjuvem meliores. Vale, in die Sancti Thomae. An. 1521. Capito tuus ex animo.*

[a] quia 2. — [b] sufficias 2. — [c] obesse 2. — [d] cuivis 2. — [e] postremus 2. — [f] essem fehlt 2. — [g] Maguntinensis 2. — [h] contando 2. — [i] aperto 3. — [k] vacuam 2. — [l] Moguntinensis 2. — [m] vituperarunt 2. — [n] statt nostri: caussam 2. — [o] enim fehlt 2. — [p] legenda 2. — [q] praecentissam (!) 2. — [r] pulchrum 2. — [s] ignavus 2. — [t] tuis fehlt 2. — [u] zwischen firmissimum und futurum hat 2 eine Lücke gelassen. — [v] consuisse 3. — [w] condemnationes (!) 2. — [x] concionibus fehlt 2, dafür Lücke. — [y] alius 3. — [z] imprudentiam 3. — [a] omnium 2. — [b] Perperam 2. — [c] siquidem 2. — [d] extra os fehlt 2, dafür Lücke. — [e] provideram 3. — [f] Haec 2. — [g] interim fehlt 3. — [h] communefacias 3. — [i] et fehlt 2. — [k] st. ne qui: neque 2. — [l] utrumque habent 2. — [m] exasperet 2. — [n] despiceretur 2. — [o] st. sep. perg.: separaret 2. — [p] denunciatum 2. — [q] rapere 3. — [r] perpellerent 2. — [s] Zu ingenio macht 2 ein ? — [t] inspiciens 2. — [u] solutum 2. — [v] garantię (!) 3. — [w] petamus 3. — [x] S. D. 2. — [y] Respondet 3. — [z] 3: Christus mit ? und der Bemerkung: Es stehen im Text zwei Worte Chu tus.

[1] Horat. Epod. 12, 3. — [2] Im November 1520 nach der Krönung Karls V. zu Aachen (Krafft). — [3] in Basel. — [4] Erl.[2] 16, 118. — [5] vgl. Nr. 459, Note 1. — [6] Gellius 14, 4, 3. — [7] vgl. Nr. 197, Note 22.

[8] Vgl. G. Nebe in der Ztschr. des Harz-V. 13, 341 ff. mit Aktenstücken, der aber auf unsere Briefstelle keinen Bezug nimmt. Der Pfarrer in Batterode bei Mansfeld, Balthasar Zeiger aus Halle (dort sind wenigstens seine 3 Brüder Bürger, S. 345) oder Oschatz (Alb. p. 10: Balthisar cziger oschschacz., inscrib. 1503) hatte sich am 2. Juli (visit. Mar.) 1521 brieflich gegen Hans v. Trotte, Graf Hoyers v. Mansfeld Marschall, über seine Ehe kühn vertheidigt; darauf berichtete am 8. Juli Graf Hoyer selbst an den Kurfürsten von Mainz: „wes unser belehenter, der Pfarherr zu Batterode, unsers abwesens, in itzigen Leuften der Welt sich understanden", mit dem Anfügen, daß „wir aber je nit geneigt oder gerne sehen, daß sich die oder dergleichen ... Vorneuerung ... zum ersten in unser Grafschaft von unsern Belehenten erheben und fürgenommen werden sollten." Zeiger wurde darauf, wie er selbst in seiner am 4. Novb. (Montag nach Omn. Sanct.) zu Calbe ausgestellten „Urfriede" sagt, „von wegen meines Ungehorsams und Mißhandlung umb das, daß ich einem unzüchtigen verlumpten Weibe als ein Priester wider Ordnung und Vorbot der heil. christl. Kirchen ein ehelich Leben mit der That zu halten zugesagt, ... in seiner churfürstl. Gn. Straf und Zucht aus zustehendem erzbischöfl. Ampt genommen und ein Zeit lang in Gefänkniß enthalten", bis er seinen Irrthum erkannt und sich zu bessern erbot. Er wurde

Digitized by Google

darauf „umb Vorbitt willen viel frommer Leut" aus dem Gefängniß entlassen, mußte aber Urphede leisten, „solche väterliche und gnädige Strāf und Gefängniß gegen meinen gn. Herrn von Magdeburg und Menz ..., beßgleichen gegen den ... Herren von Manssfelt, ... auch alle denjenigen, so in diesem Handel ... zu handeln gehabt haben, in Ungüte nimmer mehr gedenken" zu wollen ꝛc. Bei der notariellen Ausfertigung der Urphede waren außer den von Zeiger gestellten Bürgen von erzbischöflicher Seite zugegen Laurentius Zoch Kanzler und Joh. (sic) Capiti (sic) doct. Am 17. Febr. (Mont. nach Valentini) 1522 meldet darauf Graf Hoyer dem Erzbischof, „als sollt gedachter Pfarrer das Weib ... nochmals bei sich haben, und also wird bericht, sie keinswegs zu verlassen gedenkt", und habe ihn ersuchen lassen, „ihme zu vergonnen ein Jahr mit einem andern Priester dieselbige Pfarre zu bestellen", worauf der Erzbischof am 19. sich erkundigt, wo „sich gedachter Pfarrer mit der Person enthalte", darauf Hoyer am 21. Febr. (Freit. n. Juliane) wieder berichtet, „daß wir gläublich bericht, daß er die Person bei ihm habe, aber welcher gestalt und wo er sich enthalt, nicht wissende; so hat uns auch gedachter Pfarrer in kurz verschienen Tagen geschrieben und gebeten, daß wir ihm wollten gestatten, die Pfarre ein Jahr lang mit einem andern Priester zu bestellen, das wir beschwert, und ihm darauf zur Antwort geben, daß wir gedachte Pfarre vor uns selbest mit einem christlichen Priester zu bestellen und uns nach Endung des Jahrs ferner wie uns gebührt, wollen halten." Damit endigen die von Rebe mitgetheilten Aktenstücke. Wir finden Zeiger später als Pfarrer in Belgern, vgl. Luther an den Kurf. von Sachs. vom 10. Sept. 1527 (Erl. 53, 414, mit dem falschen Datum 10. Dec.); ferner Luther an Hausmann 10. Febr. 1528. — [9] Nr. 475.

[10] Capito an Melanchthon, 21. Dec. (Bibl. Bremens. Cl. IV. fasc. V, p. 931 sqq.): Jonae heri varia communicavi, quem simul oravi tecum, vel ob communem fidei professionem caveat, ne ipsi nobis autores internecionis simus, et ne, quod ajunt, nostra ipsi vineta demetamus. Offendemus alioqui haud dubie Christum, modestiae et pacis exemplum.

Halle. Nr. 475. 21. December 1521.

Albrecht, Cardinal und Erzbischof zu Mainz und Magdeburg, an Luther.

Antwort auf 1. December.

Drucke: 1. Luthers Werke ed. Wittenb. IX, 130; 2. ed. Jen. I, 585; 3. ed. Altenb. I, 926; 4. ed. Leipz. XVII, 605; 5. Walch XIX, 661. — Wir geben den Text nach 1.

Digitized by Google

Lieber Er Doctor! Ich hab Euern Brief, welchs Datum stehet am Sonntag nach Katharine empfangen und verlesen, und zu Gnaden und allem Guten angenommen[1], versehe mich aber gänzlich, die Ursach sei längst abgestellt, so Euch zu solchem Schreiben bewegt hat.

Und will mich, ob Gott will! dergestalt halten und erzeigen, als einem frommen geistlichen und christlichem Fürsten zustehet, als weit mir Gott Gnade, Stärke und Vernunft verleihet, darumb ich auch treulich bitte und lassen bitten will. Denn ich von mir selbs nichts vermag, und bekenne mich, daß ich bin nöthig der Gnaden Gottes, wie ich denn ein armer sündiger Mensch bin, der sündigen und irren kann, und täglich sündiget und irret, leugne ich nicht; ich weiß wohl, daß ohne die Gnade Gottes nichts Guts an mir ist, und sowohl ein unnützer stinkender Koth bin, als irgend ein ander, wo nicht mehr.

Das habe ich auf Euer Schreiben gnädiger Wohlmeinung nicht wollen bergen, denn Euch Gnad und Guts umb Christus willen zu erzeigen, bin ich williger denn willig. Brüderliche und christliche Strafe kann ich wohl leiden. Hoffe, der barmherzige, gütige Gott werde hierin fürder Gnade, Stärk und Geduld verleihen, seins Willens in dem und anderm zu leben. Datum Halle, am Tage Thomae Apostoli, Anno 1521.

Albertus manu propria.

[1] Wie Albrecht den Brief Luthers aufgenommen, berichtet Capito an Melanchthon, l. c.: Principis itaque responsum habes humanum, et prope supplex, quod is sua manu nemine praeeunte conscripsit, mox a lectis literis, Lutheri nimirum, se illis fratri suo increpanti tragicum quid submittens. — Dagegen meint Wolters l. c. S. 44, Note 24: „Die absichtlich auf Schrauben gestellte Hauptaussage des Briefes möchte man als eine Erfindung des sprachgewandten damaligen Rathes des Cardinals, Capito, ansehen.“ — Ueber die Aufnahme, die der Brief bei Luther fand, schreibt Jonas an Capito, 1. Jan. 1522 (Kawerau, Jon.Briefe I, 81): Philippus mihi dixit, Lutherum ex litteris proximis christianissimis tui Principis bonam spem concepisse. Bald jedoch änderte er seine Ansicht, und zwar gerade durch Capito's Brief; vgl. an Mel., 13. Jan. 1522.

Digitized by Google

(Babenhausen.[1]) Nr. 476. (1521 ?)

Johann Eckart[2], Pfarrer zu Babenhausen, an Luther.

Erster Druck: Ain Dialogus zwischenn | Doctor Martin Luthers Au | gustiners vnd Joañ Eckartz | pfarher zue Bobēhausen, | Augspurger Bistumbs, | Christum das Höchst | goldtrain opfer der | heyligen Meß | betreffent. | ·.· — Am Schluß: FINIS. — s. l. et a. 10 Bg. in 4. m. Titeleinf. — Der Brief steht auf der Titelrückseite; die Schrift selbst ist eine Gegenschrift gegen Luthers Sermon von dem neuen Testament, d. i. von der heil. Messe. (Erl. 27, 141.)

Dem neuen hochberuhmbten Vuitenbergischen Daniel aus dem alten ehrlosen Geschlecht Remeboth[3] frayslich[4] gegen der h. Kirchen Christi aufgangen und entsprungen, entbeut ich Johann Eckarth den Geist der Wahrheit.

Wiewohl du itzund ein lange Zeit und noch mit pomphaftigen[a] Streichen in Weinhäusern und Eselshaften[5] von deinen Sonnenpredigern oder blinden Spiegelfechtern fur den andern Danielen, der von Gott in Babilonia, das ist, in Roma, zu strafen das Ubel und Ungerechtikeit der Priester und Richter des Volks Christi erwecket und geschickt sei, getastet und ausgossen wirst, durch solch Gatzen[6] nit wenig kalter Christen dich sunderlich fur ein heimlichen Geisttrager und Abtgott aufwerfen und umb das willen geistlich achten, nämlich so du so grimmigklich wider deine Bruder und Sühne deiner Mutter mit so viel teutscher[b] Lasterbüchlen oder Schändbriefen (mehr dann billig ist) stürmest und strausest[7]; vor welcher hocher Unmildikeit dieses Lasterkämpfers mich bis hieher in die Winkel versteckt hab, auf daß der ubelstechet Hurlaus[8] (den niemands ahn Schaden reizet) von mir nit aufgeweckt wurd, und mein sundmayligk[9] Leben in lutterischen Zähnen erknißchet wurd. Dieweil ich aber nach fleißiger emsiger Nachforschung den Geist des rechten Daniels in der stinkenden Kutten bisher nie gemerkt oder erkennt hab, sonder mehr ein Vuittenbergißchen Bel, der nach verzehrten Lastern der Priester itzund des Fursten der Priester nach Ordnung Melchisedech[c] Allmächtikeit, Lob, Ehr und Preis unersätticklich in sich frißt und gusset, do er ihn allein fur ein tödtlichen testatorem Weibs Weis erplattert[10], und das heilig[d] Evangelium mit dem Fuchs-

Digitized by Google

ſchwanz anderſt dann die Väter unſers h. Glaubens beſtreicht und färwet[11], durch wölchs Chriſtus gennehrt und ſein Volk geſchändet iſt: ſo erwachſet zeitige Urſach, dir, Martine! zu antworten. Nit daß ich ſei ein Doctor und ſolchs an Eid Statt, wie du oft ſageſt, reden müß, ſunder daß ich bin ein Chriſtenmenſch, und Chriſto im Sacrament des h. Taufs gelubt hab, dem Tenfel und ſeinen falſchen Geſpenſtern zu widerſagen und falſcher Lehr dergleichen zu widerſtreben. Alſo widerſprich ich hie der ſataniſchen Ueppikeit[a], die Chriſtum nach langer argliſtiger Verſuchung in der Wuſt der Welt, und ſunderlich auf dem Romaniſchen Pinacel[12] itzund auf dem hohen Berg, das iſt, in dem höchſten Sacrament, verſucht und betrieglich anſicht[f], ob er ſei ein weltlicher testator oder Prieſter nach Ordnung Melchiſedech, geben und wieder an ſich nehmen mäg und allmächtigk genug ſei, wie dann Petrus in unſerm heiligen Glauben am erſten Artikel[13] hoch puſſaunet hat, der buetet[g] Chriſtus ſelbs mit dem Acten[h] ſeines Munds[14], Gott nit zu verſuchen, ſonder ihm allein dienen. Das verleich dir auch[i] Chriſtus, daß du erkemeſt die Wahrheit. Amen.

[a] Dr.: pomhaftigen. — [b] Dr.: theüſcher. — [c] Dr.: ordnug Michiſedech. — [d] Dr.: heylhk. — [e] Dr.: ypikait. — [f] ? Dr.: anſicht. — [g] Dr.: büetet. — [h] ? Dr.: acten. — [i] Dr.: auh.

[1] Babenhauſen, jetzt Marktflecken im kgl. bayr. Landgericht Memmingen. — [2] Ueber ſeine Perſon iſt nichts weiter bekannt.

[3] Dieſen Ausdruck weiß ich nicht zu erklären; liegt ein Druckfehler vor? — [4] freislich, perniciosus, horribilis. (Grimm Wtb. s. v.) — [5] Eſelhaft, fibula qua alligatur asinus. (Grimm s. v.); was bedeutet es aber hier?

[6] Gatz, Geſchwätz, Narretei. (Grimm.) — [7] ſtrauſen, fechten.

[8] Hurlaus = Lärmer, Spektakelmacher (?). Nach Grimm: Hurlebaus, Lärm, Tumult; nach Schmeller, bair. Wtb. ed. 2. I, 1158: Hurauß, maskierte Perſon in der Faſtnachtszeit; darnach wäre: übelſtechet = übelſtechend: übel, ſchlecht, gegen die Turnierregeln ſtechend oder kämpfend. — Oder iſt ſt. Hurlaus zu leſen: der Hurnauß = die Horniſſe (Grimm, s. v.)?

[9] mayligk: mailig, maculatus. (Schmeller II, 1585.)

[10] plattern, blattern = blaterare, plaudern; auch bei Luther (Erl. 27, 259). — [11] = färbet. — [12] Pinacel, pinaculum, Giebel.

[13] Nach der kirchl. Ueberlieferung entſtand das Apostolicum, indem jeder Apoſtel das Seinige, Petrus den erſten Artikel dazu beitrug. — [14] Hier ſcheint der Text verderbt; der Sinn iſt wohl der: Da (?) gebietet Chriſtus mit dem Athem (? âten, Athem, Wort) ſeines Mundes.

Digitized by Google

1522.

(Wartburg.) Nr. 477. 13. Januar 1522.

Luther an Amsdorf.

Drucke: 1. Aurif. II, 44; 2. de Wette II, 122. — Deutsch: Walch XV, Anh. LXXXV. — Wir geben den Text nach 2.

Reverendissimo viro, Domino Nicolao Amsdorffio, S. Theologiae Licentiato et Canonico Wittembergensi, etc.

De animabus tuis non satis habeo, quod tibi respondeam. Proclive mihi est concedere tecum in eam sententiam, justorum animas dormire ac usque ad judicii diem nescire ubi sint. In quam sententiam me trahit verbum Scripturae[1]: ‚dormiunt cum patribus suis.' Et mortui resuscitati per Christum et apostolos idem testantur, cum velut a somno evigilarunt, ignari ubi fuerint. Accedunt huc et ecstases sanctorum multorum. Nec habeo, quibus hanc sententiam subvertere possim. Sed an universale hoc sit omnibus animabus, non audeo asserere, propter raptum Pauli, Eliae et Moysi, qui utique non ficti apparuerunt in monte Tabor. Quis enim novit, quomodo Deus agat cum animabus separatis? nonne potest eas aeque sopire alternis vel quamdiu voluerit, atque viventes in carne sopit? Jam illud Lucae 16. de Abraham et Lasaro, etsi non urget universalem, tamen sensum tribuit Abrahae et Lasaro, et durum est hoc ad judicii diem torquere.

Idem de damnatis sentio: posse aliquas sentire poenas statim a morte, aliquas vero separari usque

Digitized by Google

in illum diem. Nam epulo cruciatum confitetur[2], et Psalmus dicit: ‚virum injustum mala capient in interitu',[3] nisi tu et hoc trahas ad diem judicii, vel ad transeuntes mortis corporalis angustias. Igitur mea sententia est, incerta haec esse; verisimile autem, exceptis paucis omnes dormire insensibiles. Tu nunc vide, qui illi fuerint spiritus in carcere, quibus Petrus[4] scribit per Christum esse praedicatum, annon et illi dormire in eum usque diem poterint? Judas[5] autem de Sodomitis dicit: ‚ignis aeterni poenam sustinentes', loquens de praesenti.

Mea autem sententia de purgatorio sic habet, non quod certum locum arbitror, ut Sophistae fingunt, aut omnes, qui extra coelum et infernum manent, in purgatorio esse arbitror: quis enim hoc asseret? cum dormire possint inter coelum, terram, infernum, purgatorium et omnia, sicut viventibus contingit in profundo somno; sed quod eam poenam esse sentiam, quam gustum inferni dicunt, qua Christus, Moyses, Abraham, David, Jacob, Job, Ezechias et multi alii laboravere. Ea enim cum sit similis inferno, tamen temporalis, sive extra corpus, sive in corpore fiat, purgatorium mihi est, nam talem poenam tribuimus purgatorio. Cum autem in corpore asseratur, et certa sit, extra corpus quoque negari non potest, quamquam nec demonstrari, ut prorsus quicquid hic credideris, non erraveris. Non enim, si neges purgatorium, haereticus es, quia non negas, hanc poenam in corpore sentiri et extra corpus sentiri posse; sed hoc negas, destinatum locum esse, et certum esse extra corpus sentiri. Hoc et ego nego: qui enim in corpore eam sentiunt, jam in corpore plane non sunt, quoad vitam ipsam; mortui enim sunt. Quare non est, ut neges, hanc poenam hoc modo extra corpus esse. Hactenus ego; tu si quid amplius habes, doce.

Carlstadii nuptiae[6] mire placent, novi puellam. Confortet eum Dominus in bonum exemplum inhibendae et minuendae papisticae libidinis, Amen.

Digitized by Google

Munusculum meum ipse feram suo tempore post Pascha. Interim Biblia transferam, quamquam onus susceperim supra vires. Video nunc, quid sit interpretari, et cur hactenus a nullo sit attentatum, qui profiteretur nomen suum. Vetus vero[a] Testamentum non potero attingere, nisi vobis praesentibus et cooperantibus. Denique si quo posset fieri, ut secretum cubile apud vestrum aliquem haberem, mox venirem, et vestro auxilio totum ab initio transferrem, ut fieret translatio digna, quae christianis legeretur; spero enim nos meliorem daturos esse (quam habeant Latini) nostrae Germaniae. Magnum et dignum opus est, quod nos omnes laboremus, cum sit publicum, et publicae saluti donandum. Responde super haec, quid sit spei. Non opto, ut totus et omnino lateam, cum hoc sit impossibile, sed ut sciatur, me velle latere, vel nesciatur, me velle apparere. Arbitror enim hac ratione satisfieri timidisque et malis, cum senserint me latere velle.

Prophetae Cignaei[7] non vos cito moveant; habetis Scripturam Deut. 13 et 1 Johann. 5,[8] quae vos securos faciunt, ut non peccetis, si differatis eos, et probetis primo spiritus, an ex Deo sint. Interim dabit Dominus, quod faciendum sit. Mihi sane hoc secundum faciem vehementer suspectum est, quod jactant colloquia Majestatis. De quibus plura ad Philippum. Vale et ora pro me. Die octava Epiphaniae 1522. T. Martinus Lutherus.

[a] vero fehlt 2.

[1] 1 Mos. 47, 30 u. ö. — [2] Luc. 16, 24. — [3] Ps. 139 (140), 12 nach der Vulg. — [4] 1 Petr. 3, 19. — [5] Br. Jud. V. 7.

[6] Carlstadt verlobte sich am 26. Decb. und heirathete am 19. Januar die 15 Jahre alte Anna von Mochau, Tochter Heinrichs v. M., eines armen Adeligen aus Segrehn bei Wittenberg; Verlobung: vgl. Spal. ap. Menck. II, 609; CR. I, 533; Ulscenius an Capito, Wittenb. 1. Jan. (Ztschr. f. Kgsch. 5, 330); Jonas an Capito 1. Jan. (Kawerau, Jonasbr. I, 81); Jonas an Lang 8. Jan. (ib. 83); Heirath: CR. I, 539 (falsch: 30. Jan.); Jäger (Carlst. 258 (falsch: 20. Jan.); Ulscen. an Cap. 24. Jan. (Ztschr. [illegible]sch. 5, 331); [illegible] an Beat. Rhen. 27. März (falsch: 20. Jan. [illegible]chr. f. Kgsch. [illegible]orawitz, Rhen. Briefw. 303.)

Digitized by Google

[7] Ueber die Zwickauer Propheten: Nicol. Storch, Marcus Thomä (auch Stübner, bei Spal., Leben Friedrichs des Weisen in Neudecker u. Preller, Spal. Nachlaß 30: Marx von Elsterburg genannt), Martin Cellarius u. Thom. Münzer, vgl. im Allg.: CR. I, 534; XV, 1133; Seidemann, Münzer 16; Köstlin[2] I, 520; über Amsdorf's Stellung zu ihnen CR. I, 515**.
[8] Luther meint wohl 1 Joh. 4, 1.

(Wartburg.) Nr. 478. 13. Januar 1522.

Luther an Melanchthon.

Handschriftlich: 1. Cod. Solger. Dresd. C. 351, Bl. 36 (alt 127); 2. Kopenhagen, alte kgl. Bibl. Ms. 1393, p. 53 (orthographisch sehr fehlerhaft); 3. Cod. Jen. b. 14; — Drucke: 4. Aurif. II, 41; 5. de Wette II, 124; 6. Seckend. lb. I, § 118, p. 192 (nach 4; wie kommt aber Seck. dazu, den Brief zu datieren: die Antonii seu 17. Jan.?). — Deutsch: Walch XV, Anh. CIII. — Wir geben den Text nach 5 unter Benutzung von 1 und 2.

Philippo Melanchthoni, Christi ministro et oeconomo fideli, meo fratri.[a]

Salutem[b]. Literae Moguntini[1] si solae fuissent, vicerant, nunc vero cum adjectae essent Fabricianae,[2] artem prodiderunt et fucum, id quod mihi in Fabricio egregie displicet. Ego volebam impietati finem fieri, et rhetor ille agit causam impietatis, dum[c] Episcopum docet personalia peccata confiteri, ac sic Luthero credit belle impositum. Temperabo et mihi, ne hominem primis literis suo merito tractem; ostendam tamen[d], ut sciat, spiritum esse in naribus filii[e] hominis[3].

Venio ad prophetas[4], ac primum[f] non probo tuam timiditatem,[5] cum et majori tam spiritu, quam eruditione polleas, quam ego[g]. Ac primum, cum testimonium perhibeant de se ipsis, non statim audiendi sunt, sed juxta consilium Joannis[6], spiritus[h] probandi. Quodsi probare non potestis,[i] habetis consilium Gamalielis[7] differendi: nihil enim adhuc audio ab eis dici et[k] fieri, quod Satanas non queat praestare vel aemulari. Tu autem ex mea

Digitized by Google

parte hoc explores, anne[l] vocationem suam possint probare. Neque enim Deus unquam aliquem misit, nisi vel[m] per hominem[n] vocatum, vel per signa declaratum, ne ipsum quidem Filium. Prophetae olim ex lege et ordine prophetali[o] jus habebant, sicut nos modo per homines. Prorsus nolo eos recipi, si nuda revelatione sese vocatos adserant, cum nec Samueli[p] quidem vellet loqui Deus nisi per autoritatem consciam Heli.[8] Hoc primum ad publicam functionem docendi pertinet.

Jam ut[q] privatum spiritum explores etiam, quaeras, num experti sint spirituales illas angustias et nativitates divinas, mortes, infernosque. Si audieris omnia[r] blanda, tranquilla, devota (ut vocant) et religiosa, etiamsi in tertium coelum sese raptos[s] dicant, non approbabis, quia signum filii hominis deest, qui est[t] βάσανος[u], probator[v] unicus christianorum, et certus spirituum discretor. Vis scire locum, tempus, modum colloquiorum divinorum? audi: ‚sicut leo contrivit omnia ossa mea',[9] et: ‚projectus sum a facie oculorum tuorum',[10] et: ‚repleta est malis anima mea, et vita mea inferno appropinquavit'.[11] Non sic loquitur Majestas (ut vocant) immediate, ut homo videat, imo, ‚non videbit me homo, et vivet'.[12] Et stellam parvam sermonis ejus non fert natura. Ideo enim per homines loquitur, quod loquentem ipsum ferre omnes[w] non possumus. Nam et Virginem[13] turbavit angelus, sic et Danielem,[14] sic et Hieremias queritur: ‚corripe me in judicio',[15] et: ‚non sis tu mihi formidini'.[16] Et quid plura? quasi Majestas possit cum vetere homine loqui familiariter, et non prius occidere atque exsiccare, ne foeteant[x] odores ejus pessimi, cum sit ignis consumens.[17] Etiam somnia et visiones sanctorum sunt terribiles, saltem postquam intelliguntur. Tenta ergo et ne Jhesum quidem audias gloriosum, nisi prius videris crucifixum.

Ad causam, inquies, quid? [illegible] est alios

Digitized by Google

refutare, non nostra probare. At de[y] hoc quomodo possum absens, cum ignorem, quid moveant. Si nihil aliud excitant, quam illud: ‚qui crediderit et baptisatus fuerit, salvus erit',[18] et quod parvuli per sese[z] non credant, prorsus me nihil movent. Quomodo enim probabunt, eos non credere? an[a] quod non loquuntur et ostendunt fidem? Pulchre! Hac ratione quot horis et nos christiani erimus, dum dormimus et alia facimus? Annon ergo[b] eodem modo potest Deus toto infantiae tempore, ceu continuo somno, fidem in illis servare? Bene, inquies, hoc confutat adversarios de fide jam infusa. At hoc interim sufficit, eos inveniri tales, qui nihil probent, et falso spiritu sint commoti. Quid de infundenda dicis? nihil est reliquum prorsus, nisi fides aliena, quam si statuere non possumus, nihil disputandum est reliquum[c], sed simpliciter damnandus baptismus parvulorum.

Tu dicis, infirma esse exempla fidei alienae? Ego nihil firmius esse dico. Ostendant illi, aut[d] omnes quoque daemones, unum exemplum fidei alienae infirmum. Nam quod Samuelem orasse pro Saule inducis, nihil est: luxit Saulem[19], non oravit, aut si oravit, non oravit fide, hoc est, non credidit obtineri quod petebat, sed in dubium et[e] in arbitrium Dei ponebat. Quemadmodum David pro parvulo suo[20], et multi pro multis aliis. Si enim certo definiisset se accepturum, utique obtinuisset. Stet enim fidelis promissio Christi, Matth. 21: ‚Quaecunque[f] petieritis, credite, quia[g] accipietis, et fiet vobis'; et Matth. 18: ‚Si duo super terram' etc.[h] Stet ergo inconcusse, impossibile esse, ut id non fiat, quod petitur et creditur fieri, alioqui vacillabit universa doctrina fidei, nec propria fides aliquid valebit, cum nitatur ejusdem[i] promissionibus. Imo fides aliena nobis propria, sed alteri aliena est, nihilominus necesse est, ut fiat in altero, quod credit. Huc pertinent omnia exempla evangelii. Neque enim unum aliquando dimisit Christus, qui

Digitized by Google

fide aliena offerretur, sed omnes suscepit. Et quid plura? Testimonia et exempla totius Scripturae stant a fide aliena, id est, a propria fide, quae impetret alteri fidem, et quicquid[k] volet.

Hoc igitur restat, an ecclesia credat parvulis infundi fidem? Nam de ecclesia fortassis haec quaestio, non de fide aliena aut efficacia ejus vertitur. Fides aliena quid[l] possit, non est disputandum, cum sint omnia possibilia credenti. Haec autem quaestio est de facto, non de jure; non enim possumus disputare, an ecclesiae debeat[m] credere, parvulis infundi fidem, cum potestatem habeat in totum non baptisandi parvulos, nec est locus Scripturae, qui eam cogat hoc credere, sicut sunt aliorum articulorum. Quid igitur faciemus hic? jus non probamus? fidem quis videt? Ad confessionem igitur eundum, siquidem ore confessio fit ad salutem. Jam quid confitetur ecclesia, sese[n] credere in hoc articulo? nonne pueros etiam esse participes beneficiorum et promissionum[o] Christi?[p] Objicitur vero: quid si Augustinus, et quos ecclesiam vocas vel esse credis, in hac parte errarint? Quis certos nos faciet[q], cum probare non possumus, debere eam sic credere? At eadem objectio impugnabitur[r]: Si non jus, tamen factum proprie credendi in ecclesia. Quis enim certus erit, Augustinum credidisse trinitatem, si confessioni ejus non creditur? Confessionem ejus certus sum consonare Scripturae, sed eum credere, sicut confitetur, sum incertus. Ego vero video id singulari miraculo[s] Dei[t] factum, ut solus hic articulus de parvulis baptisandis nunquam fuerit negatus ne ab haereticis quidem: adeo nulla est confessio illius[u] in oppositum, sed e contra totius orbis constans confessio et una ad propositum. Hanc autem confessionem negare esse ecclesiae illius verae et legitimae, arbitror impiissimum esse. Idem enim mihi videtur atque ecclesiam negare, cum, si non esset, haec ecclesia absque dubio aliquando dedisset

Digitized by Google

contrariam confessionem[v], cum fides ecclesiae nunquam non fuerit, et nunquam non confessa fuerit, quod credit. Plura tu[w] sapiens ex ista occasione capies.

Cum igitur ad baptismum afferre parvulum[x] aliud non sit, quam ad Christum praesentem et manus gratiae aperientem in terra offerre, et ille universis exemplis ostenderit, sese acceptare, quod offertur: cur hic dubitamus[y]? Saltem hoc prophetis istis abstulimus, ne possint sua probare, cum desit eis exemplum et testimonium, nobis autem adsint testimonia et exempla, tum eorum testimonium nobis non repugnat. Quis enim sic arguet: credendum est et baptisandum, ergo parvuli non sunt baptisandi? Non enim ex hoc loco istam consequentiam trahent, cum non probet[z], parvulos non credere, quod ipsi praesupponunt, et aliunde probare debent, atque non possunt. Quod ergo non est contra Scripturam, pro Scriptura est et Scriptura pro eo. Jam eadem subtilitate circumcisionem tulerint, dicendo: parvuli non habent fidem Abrahae, ergo non debent habere signaculum ejusdem fidei; cum certum nobis sit, circumcisionem aequalis baptismo virtutis fuisse[a]. Non igitur video, cur non autoritate quoque Dei et exemplo isto parvulos oporteat baptisari: nisi quod baptismus liber est, non exactus, ut circumcisio, proinde neque in tempora, aetates, loca, et alia quoque externa captivari debuit, cum totus liber sit in se ipso. Quod ergo tunc dictum est uni genti in octava die, hoc dicitur nunc omnibus populis omnium aetatum: ‚qui crediderit' etc.

Sed plura coram. Semper expectavi Satanam, ut hoc ulcus tangeret, sed noluit per papistas. In nobis ipsis et inter nostros molitur hoc gravissimum schisma, verum Christus conteret eum[b] velociter sub pedibus nostris[21]. Volo etiam scire, ut tractaris illud 1 Corinth. 7: ‚alioqui filii vestri immundi essent, nunc autem sancti sunt.' Num de

Digitized by Google

solis adultis, aut de sanctitate carnis intelligi velis? Nam hinc parvulos fuisse baptisatos ritu et tempore apostolorum, optarim ostendi. Quamquam video, quid dici possit de ista sanctificatione, tamen tuum etiam judicium videre volo. Cur enim de solis filiis diceret, cum sanctis omnia sint sancta et mundis omnia munda?

Libellum adversus Episcopum Moguntinum serva prodituram, et generalem increpationem facturum, ubi insanierint[c] alii. Para mihi hospitium, quia translatio[22] me urgebit ad vos reverti, et ora Dominum, ut fiat cum sua voluntate. Opto autem latere, quantum fieri potest; interim procedam, quo institui. Vale. Octava Epiphaniae 1522.

Tuus[d] Martinus Lutherus.

[a] 4. 5 bloß: Domino M. Philippo Melanchthoni. — [b] Salutem fehlt 1. — [c] cum 1. — [d] autem 4. 5. — [e] filii fehlt 4. 5. — [f] primo 1. — [g] ac primum etc. fehlt 2. — [h] † sunt 2. — [i] Quod si etc. fehlt 4. 5. — [k] vel 2. — [l] an 4. 5. — [m] vel fehlt 2. — [n] homines 1. — [o] olim ex prophetali ordine 2. — [p] Samuelem 4. 5. — [q] vero 4. 5. — [r] omnia fehlt 2. 4. 5. — [s] raptos sese 1; sese raptos esse 2. — [t] qui est fehlt 1. — [u] βάσανος fehlt 2. — [v] probator fehlt 1. — [w] omnes fehlt 2. — [x] foetent 4. — [y] de fehlt 4. 5. — [z] se 4. 5. — [a] At 4. 5. — [b] Ergo non 2. — [c] reliquum fehlt 4. 5. — [d] Ostendant autem illi 4. 5. — [e] aut 4. 5. — [f] Quicquid 2. — [g] quod 1. — [h] 4. 5: promissio Christi, Matth. 18 (!): si duo super terram etc., et: quaecunque ... et fient vobis. — [i] eisdem 2. — [k] † alteri 2. — [l] quicquid 4. 5. — [m] deberet 4. 5. — [n] se 4. 5. — [o] et promiss. fehlt 4. 5. — [p] nonne etc. fehlt 1. — [q] facit 1. — [r] impugnabit 1. 2. — [s] consilio 2. — [t] † id 2. — [u] ullius 2. — [v] contrariam confessionem protulisset 1 (daß letzte Wort von B. Dietrichs Hand). — [w] ſt. tu: tamen 1. — [x] parvulum fehlt 4. 5. — [y] dubitemus 1. — [z] probant 2. — [a] virtute circumcisionem aequalem baptismo fuisse 2. — [b] eum bei 1 corrigiert in eos; id 2. — [c] insani erint 4. 5. — [d] Tuus fehlt 1; bei 2 fehlt die ganze Unterſchrift.

[1] Nr. 475, und Note 1 daſelbſt. — [2] Nr. 474.

[3] vgl. Jeſ. 2, 22. — [4] vgl. Nr. 477, Note 7; ferner Camerarii vit. Mel. ed. Strobel, p. 45—48. 53; Strobel, Miſcell. V, 126. — [5] vgl. Mel.'s Briefe an den Kurf. und an Spal. vom 27. Decb. 1521 (CR. I, 513. 514).

[6] 1 Joh. 4, 1. — [7] Apſtgſch. 5, 38. — [8] 1 Sam. 3, 4 ff.

[9] Jeſ. 38, 13. — [10] Pſ. 31, 23. — [11] Pſ. 88, 4. — [12] 2 Moſ. 33, 20. — [13] Luc. 1, 29. — [14] Dan. 8, 17. — [15] Jer. 10, 24.

[16] Jer. 17, 17. — [17] 5 Moſ. 4, 24. — [18] Marc. 16, 16.

[19] 1 Sam. 15, 35. — [20] 2 Sam. 12, 16. — [illegible] 20.

[22] nämlich der Bibel.

Digitized by Google

Wartburg. Nr. 479. 17. Januar 1522.

Luther an Wolfg. Fabricius Capito.

Antwort auf 20. December 1521 (Nr. 474).

Erſte Drucke: 1. EPISTOLA | LVTHERI AD VVOLF- | gangum Fabricium Capitonem | Theologum utili- | ſima. — s. l. et a. — 1 Bg., letzte Seite leer, in 4.

2. Epiſtola Lutheri ad Vuolffgangū Fa- | bricium Capitonem Theolo- | gum vtiliſſima. — s. l. et a. — 1 Bg., letztes Bl. leer, in 4. — Der Text, in latein. Lettern, mit manchen orthograph. Ungenauigkeiten.

3. IVDICI | VM | D. Martini LVTHERI, de ERASMO | Roterodamo. || PHILIPPI Melanchthonis de Eraſmo, | & Luthero ELOGION. || RATIO diſcendi, per eundem tradita. | Eiuſdem, Quo iudicio Auguſtinus, | Ambroſius, Origines, ac reliqui | DOCTORES legendi ſint. || D. Martini LVTHERI ad Vuolfgangum | Fabritium CAPITONEM theolo- | gum, Epiſtola utiliſſima. — s. l. et a. (1523). — 3 Bg. in 4; unſer Brief auf Bl. b_4^b.

4. [Blättchen] CON | FVTATIO DETER- | MINATIONIS DO- | ctorū Parrhiſienſium, contra | M. L. ex Eccleſiaſticis do | ctoribus deſumpta, de- | nuo recognita & | locupletata. | Adiecta est Diſputatio Gronin- | gæ habita, cū duabus Epiſtolis | non minus pijs quam eruditis. | Indicem generalē, & etiā alpha | beticum præpoſitum lector | conſpicies. | BASILEAE AN. 1523. — 8 unpag. und 327 paginirte Seiten in 8., mit Titeleinf. — Unſer Brief ſteht pg. 321, im Text folgt er Nr. 3.

5. APOLOGI | A DOCTISSIMI | ET DILIGENTISSIMI CV | iuſdam viri, qua patrocinatur. M. Lu- | theri propoſitionibus, à Theo- | logis Parrhiſiensibus, im- | pie damnatis. || Adiecta eſt diſputatio Groningæ habita | cum duabus epiſtolis, non minus | pijs quam eruditis. || Indicem generalem, & etiam alphabe- | ticum præpoſitū, Lector conſpicies. || NORIMBERGAE. XXXI. — Nachdruck von 4, Seitenzahl wie dort, in 8. mit Titeleinf. Unſer Brief ebenfalls pg. 321.

In den Sammlungen: 6. Viteb. II, 326 (meiſt nach 3); 7. Aurif. II, 36 (mit ſtark abweichendem Text); 8. de Wette II,129 (nach 7).

Der Brief war durch Indiscretion Unberufener, gegen Luthers Willen, zum Druck befördert (vgl. an Capito 25. Mai 1524); als nun aber auch von Nr. 3 eine deutſche Ueberſetzung erſchien, bei Capito's Verwandten, Wolfgang Köpfel in Straßburg gedruckt, aber von den Gegnern Capito's in Straßburg, wahrſcheinlich von Nik. Gerbel veranlaßt, ſah ſich Capito bewogen, eine Apologie ſeines Verhaltens zu ſchreiben, die er einem Freunde in den Mund legt und die nicht ohne ſelbſtanklagende Freimüthigkeit verfaßt iſt.

Digitized by Google

Sie ist vom 30. Juli 1523 datirt, an Jakob Truchseß gerichtet, und war für den Druck bestimmt, erschien aber unsres Wissens nicht. Wir geben sie unter dem 30. Juli 1523. Vgl. zur Sache: Baum, Bucer und Capito S. 211. — Der Titel jener deutschen Uebersetzung, wovon zwei Ausgaben erschienen, lautet:

1. Vrtayl Doctor Martin Luthers | vnd Philippi Melanchthonis von | Erasmo Roterdam. || Ain Christlicher Sendbrieff Doc. | Martin Luthers an Doctor Wolfgang | Fabritium Capitonem, in dem geler | net würdt, wöllicher maß man | das Euangelium predigen | vnd wie man scherpffe | oder gůttigkait | brauchen | soll. || Werden nit kinder an der verstentnuß, son- | der an der boßhait. An der verstentnuß | aber seyent volkomen. j. Cor. xiiij. — s. l. et a. — 2 Bg., letzte Seite leer, in 4. Unser Brief steht Bl. Aiij b.

2. Vrteil D. Martin Luthers | vnd Philippi Melanchthonis von | Erasmo Roterdam. || Ein Christlicher sendtbrieff D. | Martin Luthers an D. Wolfgang Fabritium | Capitonem, in dem gelernet würt, welch | er maß man dz Euangelium predi- | gen, vñ wie man scherpffe, oder | gůtigkeit brauchen solt. || Christus Ablaß brieff. || [Titelvignette.] || Werden nit kinder an der verstentnüß, sonder | an Der boßheit. An der verstentnüß aber | seyent vollkummen. 1. Cor. xiiij. — s. l. et a. — 1¾ Bg. in 4.

Christus Ablaßbrief vgl. Bd. 29, 43; eigentlich ein Stück aus der Auslegung des Vater Unsers v. J. 1518, Bd. 21, 212 f.

Wir geben nachstehend den Text nach dem Druck 1.

Martinus Lutherus Vuolffgango Fabricio Capitoni S. D.[a]

[b] Quantum literae Cardinalis tui animum meum erexerunt, tantum[c] tuae dejecerunt, mi Fabrici. Dejicit forte et vultum tuum exordium hoc triste et ingratum, sed tua culpa, qui et fidem et autoritatem literis Cardinalis tam intempestiva rhetorica ademeris. Inter multa enim, quae[d] moverunt, hoc erat unum, quod scribis te[e] juvandarum evangelii partium diversam a nobis iniisse rationem. Hoc enim quid aliud est, quam aut[f] tuam aut nostram rationem damnabilem esse, cum necesse sit ministerium spiritus sibi ipsi quam minimum[g] pugnare? Paulus[1] enim ejusdem[h] vestigiis Timotheum incedentem Corinthiis commendat. Atque ego quidem pro meo in te candore verbum hoc diversitatis[k] leniissem, nisi tu ipse tuus interpres coëgisses sic intelligendum esse[l], evangelium tunc promoveri, si Principibus conniveatur, parcatur, eorum facta ex-

Digitized by Google

cusentur, et (ut tua verba sonant[z]) ne pugnam procaces[m] provocemus[n]. Haec tua ratio est, quae juxta nostram rationem pulchra adulatio[o] et veritatis christianae abnegatio est[p]. Ego nec inimicis optarim hunc animum[q] probari,[r] tantum abest, ut optem hac[s] ratione juvari evangelium, ut nihil vehementius deprecer. Et faxit Christus, non ut nihil promoveas, sed ut servet te nobiscum, ne noceas. Mansuetudinem et benignitatem[t] exigis, scio[u]; sed quid christiano[v] et adulatori? Res est aperta et simplicissima christianismus[w]: rem, sicuti habet, et agnoscit et fatetur[x]. Male valere volunt etiam gentiles eos amicos, qui vitiis amicorum blandiuntur, et veritas Christi vitiis et impietati simul blandiri poterit? Nos autem tibi[y] nostram quoque rationem exponemus, et cum fiducia sub judicium tuum et[z] orbis proponemus, nihil veriti, quod scribis, offendi multitudinem[a] mordacitate. Quem enim[b] non offendebat Christus, aut quem non arguebat? Et[c] spiritus veritatis arguit, non blanditur. Arguit vero non aliquot, sed totum mundum. Igitur nos sic sapimus, omnia esse prorsus reprehendenda, arguenda, confundenda, nihil parcendum[d], nihil connivendum, nihil excusandum, ut medio stet campo et[e] libera et pura et aperta veritas[f].

Porro aliud est[g], quos corripueris, summa mansuetudine suscipere, tolerare, invitare[h]. Hoc jam ad charitatis et officii exemplum pertinet, non ad ministerium verbi. Nam et Christus cum omnes acerrime argueret[i], tum[k] optat gallina illis esse et sub alas[l] colligere.[3] Charitas[m] omnia sustinet, omnia suffert, omnia sperat;[4] fides vero seu verbum nihil sustinet prorsus, sed arguit, devorat, seu ut Hieremias dicit, evellit, destruit et dissipat[5], et: ‚maledictus est[n], qui facit opus Domini fraudulenter'.[6]

Aliud est enim Fabricii[o] vitium laudare vel extenuare,[p] aliud benigniter[q] et suaviter curare.

Digitized by Google

Primum omnium[r] dicendum est, quid rectum et non rectum sit[s], deinde, ubi[t] auditor susceperit, tolerandus, et ut Paulus[7] ait, infirmus in[u] fide suscipiendus est[v]. Tua vero ratio id efficit, ut nunquam veritas agnoscatur[w], et tamen interim blanditia et ficta[x] humanitate praesumatur vitium sanari. Sic impletur illud Hieremiae[8]: ‚Et sanabant contritiones populi mei'; et iterum[9]: ‚Confortaverunt manus malorum, ut non converterentur[y] unusquisque a malitia sua'.

Nec spero nos tales ita fuisse, [z]quibus charitas desiderata in suscipiendis et tolerandis infirmis possit[a] opprobrari[b], neque deest mansuetudo, benignitas, pax et gaudium, si quis verbum nostrum probarit, et statim non queat perfectus esse. Contenti enim sumus, interim[c] agnovisse illum[d] veritatem, non restitisse, non damnasse: quod deinceps agitur, charitatis est, quae exhortatur[e], ut et faciat, quod cognorit. Nam etsi[f] ex animo Cardinalis tuus has literas scripsisset, obsecro, quanto gaudio, qua[g] humilitate nos pedibus ejus provoluti, dignos non arbitraremur nos, qui pulverem pedum ejus oscularemur[h]? Nonne et nos faex sumus et peccati sentina? Agnoscat[i] verbum modo, et servos nos praestabimus.

Porro iis, qui doctrinam ipsam[k] et verbi ministerium aut damnant aut contemnunt, aut subdole exequuntur[l], nulla gratia, nulla charitas, nulla benignitas: quamquam et hoc sit summae charitatis, furori[m] et impietati eorum omnibus viribus et modis resistere.

Si autem ex tua formatura (quod suspicor) Cardinalis tuus tam egregium hypocritam praestitit, vides tu ipse, quod[n] nihil nos movere debeat, sed neque fallere nos poteritis[o], quando et Sathanae cogitationes non ignoremus[p], et ex[q] verbis ipsis tum justificare, tum damnare possimus[r] quemlibet. Scribit Cardinalis tuus sese praestiturum deinceps gratia Dei, quod ecclesiasticum magistra-

Digitized by Google

tum decet. Si hoc fide syncera dicit,[s] et tu eum hoc non docuisti,[t] certe animus ejus hujusmodi[u] est, qui larvam cardinalatus et pompam episcopalem[v] ablegare, et verbi ministerio sese[w] adtingere[x] praestituerit[y]. At hoc quanam[z] suadela fore credemus? Impossibile est, ut sic[a] parvulam parrochiam administrare potens sit. At[b] difficile est, ut resignet, et parrochus fiat. Et quis (inquis[c]) audebit hoc[d] exigere? Respondeo: Et quomodo tu securus eris, nisi veritatem hanc cognitam ei feceris? Fove et connive postea, sed primum haec ei nota facito. Sciat, quo peccari, quo non peccari possit. Deinde ne peccetur, cooperare, aut si peccarit, tolerato. Non autem tolerato et conniveto sive per christianam, sive humanam modestiam, si impie erraverit[e]. Hoc enim facit crudelis adulatio, quae fingit modestiam, sive christianam, sive humanam.

Jam vero[f] quomodo et hoc verum esse credam, quod et tu scribis, sacerdotem uxorium liberatum, et ille scribit, causas scribendi libelli mei jamdudum sublatas e medio? Pulchra liberatio, quasi non potior fuisset ei[g] occisio. Abjurare coëgisti[h 10] uxorculam, adversus[i] conscientiam, de quo nunc dolet. Obsecro, aut[k] tentatis etiam Spiritum sanctum? Nonne perseveratis in odio sacerdotalis conjugii, donec non revocatis exactam abjurationem[l] et divortii impleti[m] violentiam?

Scortum, inquis, erat. Rhetor[n] optime! At hoc prius explorandum fuerat. Jam, ut maxime scortum fuerit, cur in hunc unum insaniistis, et prostibula vestra Halberstadiana, Maguntina et Magdenburga[o] aliaque innumera clausis auribus perpetuo transitis? Vides tuam rhetoricam hic[p] nihil esse, Fabrici! Certe, ubi confitebatur uxorem esse, vos quiescere oportuerat, aut Paulum confutare, qui doctrinam daemoniorum vocans,[11] clarissime damnat istum caelibatum. Quod si mentiretur uxorem[q] esse, periculum ejus erat, vos salvi eratis.

Digitized by Google

Jam quod periculum divortii causaris in isto novo conjugio, si pertaeduerit molestiae uxoriae[r], arbitror et ipsum non ex animo a te dici. Quid enim hoc ad doctrinae pietatem[s], quod mali bonis[t] male utuntur[u]? Nos a vobis non exigimus, ut conjugia praestetis omnibus[v] molestiis libera, sed tantum, ne doctrinam ejus et exempla[w] damnetis.[x] Nos nihil de sacerdotum conjugio[y] promittimus, nisi quod autoritate Dei liceat sacerdotes esse conjuges. [z]Praepositus Kembergensis[12] vir est, in quo[a] nihil possis non laudare, tantum abest, ut levitatis argui possit, nisi forte ideo leves erunt, quia tu metuis leves fore. At ad metum tuum vel spem nostram nihil sequitur, vel non sequitur in factis hominum, nedum in verbis Dei. Alioqui nihil divinorum praeceptorum nos hic metus sinet tentare.

Vides, mi Fabrici, quantis argumentis ego vexer, ne credam Cardinalem tuum ex animo haec[b] scribere. Taceo denique tyrannidis illud eximiae, qua Andream Kaugsdorffium[13] Magdeburgensi[c] suggestu cum tanta ignominia submoverit[d], virum, cui vix similem sub sua ditione habeat tuus[e] Cardinalis. Nec vos[f] adhuc istius poenitet.

Obsecro te, mi Fabrici, eum[g] exigis Lutherum, qui[h] ad omnia vestra conniveat, solis[i] literis blandiusculis palpatus, cum sint tam infanda, quae vos molimini[k], et non estis contenti, quod parati sumus ignoscere et tolerare per charitatem. Quin[l] expostulatis, ut justificemus quoque, hoc est, [m]ipsam doctrinam abnegemus per impietatem. Satis et plus quam satis tentatis me, optime Fabrici, et ego satis et[n] plus quam satis benigniter respondeo, cum longe severiorem[o] responsionem merueritis, qui non modo non facitis, quod toties luditis[p], et irridetis fucis, sicuti vobis videtur, egregiis, sed sicut ego video, insigniter[q] ineptis.[r] Nos[s] doctrinam pietatis tuebimur, quantis viribus possumus, offendat sive coelum, sive tartarum[t].

Habes itaque Lutherum, sicut semper habuisti,

Digitized by Google

obsequentissimum mancipium, si modo[u] pietatis amicus fueris; rursus egregium contemptorem, si perrexeris cum tuo Cardinali ludere in re sacra. Summa esto: charitas nostra pro vobis mori parata est; fides vero si tangitur, tangitur pupilla oculi nostri. Charitatem expositam habetote omnibus sive ludibriis, sive honoribus; fidem et verbum adorari a vobis volumus, et sanctum sanctorum haberi. De charitate nostra nihil non praesumite, fidem vero nostram nusquam[v] non timete.

Cardinali tuo non respondeo[w], quod medium iter non potuerim[x] tutus incedere, neque laudare, neque vituperare sive hypocrisin sive synceritatem. Ex te autem intelliget Lutheri spiritum. Et[y] ego ubi de synceritate[z] certior[a] factus fuero, me totum non differam effundere et profundere ad pedes ejus. Vale, mi Fabrici, et animum meum ne dubita[b] candidum esse in te. Res ipsa, sicut vides[c], magna et sacra est, cui nos decet accommodare, ne[d] fratres aut sorores plus diligamus, quam Christum. Ex eremo mea, [e]die Anthonii MDXXII.[f14]

[a] Ueberſchrift fehlt 7. 8. — [b] + Salutem in Christo 7. 8. — [c] + literae 7. 8. — [d] + me 7. 8. — [e] eum 7. 8. — [f] aut fehlt 7. 8. — [g] minime 3—8. — [i] iisdem 6. 7. 8. — [k] + tuae aliqua ἐπιεικείᾳ 7. 8. — [l] esse fehlt 7. 8. — [m] procaces ad pugnam 7. 8. — [n] provocamus 4. 5. — [o] + est 3. 4. 5. — [p] + et ipsissima προσωπολημψίαι, quam Scripturae sic detestantur, ut nihil vehementius 7. 8. — [q] amicum 7. — [r] + et 7. 8. — [s] + tua 7. 8. — [t] + christianam 7. 8. — [u] scio fehlt 7. — [v] Christianis 7. — [w] Christianissimus 7. — [x] ſt. et agnoscit etc.: cognoscit, ita fatetur 7. 8. — [y] tibi fehlt 7. — [z] + totius 7. 8. — [a] ſt. multitudinem: vulgi judicium 7. 8. — [b] autem 7. — [c] + si 7. — [d] pascendum (!) 8. — [e] est 1. 2. — [f] ut med. stet campo libera et aperta et pura veritas 7. 8. — [g] + eos 7. 8. — [h] juvare 7. 8. — [i] arguerit 8. — [k] tamen 7. 8. — [l] sub alis illos 7. 8. — [m] + est, quae 7. 8. — [n] est fehlt 7. 8. — [o] enim, Fabrici 6; Aliud est, inquam, mi Fabrici 7. 8. — [p] + et 7. 8. — [q] benigne 7. 8. — [r] ſt. omnium: enim 7. 8. — [s] erit 7. 8. — [t] + id 7. 8. — [u] in fehlt 7. 8. — [v] est fehlt 7. 8. — [w] cognoscatur 7. 8. — [x] victa 1. — [y] convertantur 3. 4. 5. — [z] + a 7; + in 8. — [a] posset 7. 8. — [b] approbari 7. — [c] Contenti interim sumus 7. 8. — [d] illam 7. — [e] exhortetur 7. 8. — [f] si 7. 8. — [g] quanta 7. 8. — [h] exoscularemur 7. 8. — [i] Agnoscatur 7. — [k] istam 7. 8. — [l] persequuntur 7. 8. — [m] errori 7. — [n] quam 7. 8. — [o] poteratis 7. 8. — [p] ignoramus 7. 8. — [q] ex fehlt 7. — [r] possumus 7. 8. — [s] Sit, hoc fide ἀνυποκρίτῳ [ἀνυποκρίτως 7.] dicit 7. 8. — [t] et tu sincere eum docuisti 7. — [u] ejus ejusmodi 7. 8. — [v] episcopatuum 7. — [w] se 7. 8. — [x] adcingere 3—8. — [y] praestabat 7. — [z] haec qua 7. 8. — [a] ſt. sic: in via salutis sit, donec fuerit episcopus tot ecclesiarum, cum vix 7. 8. — [b] ac 3—6. — [c] inquies 7. 8.

Digitized by Google

— [d] haec 7. 8. — [e] erraverint 1, 2; non autem conniveto et tolerato ante scientiam 7. 8. — [f] vero fehlt 7. 8. — [g] ejus 7. 8. — [h] coëgistis 7. 8. — [i] contra 7. 8. — [k] an 4—8. — [l] abrogationem 6. — [m] facti 3—6. — [n] Scortum est, inquis rhetor 7. 8. — [o] Magdeburgica 6; Magdeburgensia 7. 8. — [p] hic fehlt 3—6. — [q] † suam 7. 8. — [r] ſt. mol. ux.: uxoris immodestiae 7. — [s] puritatem 7. 8. — [t] bonis fehlt 7. 8. — [u] utantur 7. 8. — [v] omnia 7. — [w] doctrinam et exempla ejusdem 7. 8. — [x] † Expostula tu cum Deo, qui talia praecipit, quae per hominum inconstantiam male servantur 7. 8. — [y] conjugiis 7. 8. — [z] † Jam 7. 8. — [a] in quo fehlt 7. — [b] haec fehlt 7. 8. — [c] Magdeburgensem 7. 8. — [d] submoveritis 7; submovit 8. — [e] tuus habet 7. 8. — [f] nos 7. — [g] cum eum 5; cum 7. — [h] ſt. qui: ut 7. 8. — [i] solus 7. — [k] vultis 7. — [l] Cum 7. — [m] † et 7. — [n] et fehlt 7. — [o] respondeo vobis, vides enim quanto acerbiorem 7. 8. — [p] quod postulabam, sed illuditis 7. 8. — [q] ſt. insigniter: ridiculis et 7. 8. — [r] † Sed tamen ne nihil impetrem, vim faciam mihi ultra modum, et non exigam, ut publice recantetis mihi malum vestrum: vos videritis, ut Christo super illo responderitis. Tacebo et contentus ero, si nihil deinceps similis tyrannidis tentaveritis, et doctrinam pietatis liberam esse permiseritis. Si vos non vultis simplicem Christum confiteri et sequi, sequimimi vestra, et vobis saltem facessite negotia. Alioqui ministerii nostri frena laxabimus, et 7. 8. — [s] Nos fehlt 7. 8. — [t] offendatur sive coelum, sive terra, sive tartarus 7. 8. — [u] non 1. 2 (nō, Druckf. für mō = modo); verbo 7. — [v] nunquam 7. 8. — [w] respondebo 7. 8. — [x] potero 7. 8. — [y] Et fehlt 7. 8. — [z] † sua 7. 8. — [a] certus 3—6. — [b] non dubites 7. 8. — [c] video 7. — [d] † forte 3—6. — [e] † in 7. 8. — [f] † Tuus Martinus Lutherus als Unterſchrift 7. 8.

[1] 1 Cor. 16, 10. — [2] in der Nachſchrift zu Nr. 474. — [3] Matth. 23, 37. — [4] 1 Cor. 13, 7. — [5] Jer. 1, 17. — [6] Jer. 48, 10. — [7] Röm. 14, 1. — [8] Jer. 8, 11. — [9] Jer. 23, 14. — [10] vgl. Nr. 474, Note 7 (Capito anweſend bei der Urphede).

[11] 1 Tim. 4, 1. — [12] Barth. Bernhardi.

[13] Andreas Kauxdorff d'Torga Misnen. Dioc.. Artium Magister Colon.. inſcrib. in Wittenb. 19. Juli 1513 (Alb. p. 47). Er war Domprediger zu Magdeburg, Nachfolger des 1516 geſtorbenen, ebenfalls reformatoriſch geſinnten Joh. Scheyring; nach mancherlei heimlichen Nachſtellungen im Sept. 1521 ſeines Amtes entſetzt und vertrieben, kam er durch Luthers Bemühung bei dem Kurfürſten nach Oſtern 1522 als Prediger nach Eilenburg, wo er 1543 ſtarb. Vgl. Unſch. Nachr. 1715, 961. 1095; 1716, 218; Rathmann, Geſch. v. Magdeb. III, 328.

[14] Ueber den weitern Verlauf des Verhältniſſes Luthers zu Capito vgl. Burer an Rhenan, Wittenb., 27. März 1522 (Ztſchr. f. Kgſch. V, 333; Horawitz S. 303 f.): 4. Idus Marcii (12. März) venit Fabricius Capito Wittembergam reconciliaturus se, ut dicebant, Luthero, quem nonnihil offenderat suis epistolis, ita ut a Martino virulentam bestiam appellatum dicant. Jam vero convenit inter eos, ut audio, pulchre. Capitoni quae displicuerant, placere incipiunt. Audivit Martinum concionantem in parochia Wittembergensi, in qua nos eum casu conspicati sumus. Vgl. Baum, Capito 83 f.

Digitized by Google

Wartburg. Nr. 480. 17. Januar 1522.

Luther an Spalatin.

Original: 1. anhalt. Geſ.-Arch.; — handſchriftlich: 2. Cod. Jen. a. f. 134; — Drucke: 3. Aurif. II, 40[b]; 4. de Wette II, 135. — Deutſch: Walch XV, Anh. CIV. — Wir geben den Text nach 1.

D. Georgio Spalatino, ab epistolis Saxonicis[a], suo in Domino charissimo.

Salutem. Omnia accepi, mi Spalatine, etiam saccum ipsum, licet tardius caeteris. Propter prophetas quidem Cygnaeos non venio, neque mutor, neque enim me movent. Nollem tamen eos vinculari, praesertim ab iis, qui nostra jactant. Eylenburgensibus[1] nova vel imponuntur, vel finguntur de usu sacramenti. Prius quidem movebar rumoribus, ut ipse Vittembergam irem[2] ac viderem, sed nunc majora[3] quotidie audio. Ego plane brevi, si Deus volet, revertar, si non Vittembergae, certe alibi sive mansurus, sive peregrinaturus. Ita enim res postulat ipsa. Principem nolo mei sollicitum esse, quamquam optarim, ut ipse meam fidem, vel ego ejus vires haberem. Nihil dubito, quin absque et sanguine et gladio duas istas caudas titionum fumigantium[4] pulchre rideremus. Dux Georgius[5] infelicissimus omnium in hac causa facit, quod facere super eum decrevit terribilis in consiliis super filios hominum[6]. Hoc est odium, quod tam diu aluit in istam partem, et non videt, hoc ipsum esse odium. Dominus respiciat eum, si dignus fuerit; aliud non possum. Tu quoque cura, ne Princeps noster manus cruentet in prophetis illis novis Cygnaeis. Vale et ora pro me.

Neque Episcopi neque Capitonis literae[7] mihi probantur, ob infelicem et nimis manifestarium fucum. Fabricio respondi[8], non Episcopo, donec spiritum ejus cognovero. Ex Eremo, 1522, die Antonii[b]. Martinus Luther.

Digitized by Google

Biblia excepto aegre, propter datam in obsidionem[c] fidem meam.

[a] Saxoniae 4; Ueberschrift fehlt 3. — [b] Hier hat 3. 4 die Nachschrift. — [c] obsidem 3. 4.

[1] Ueber die Vorgänge in Eilenburg, nahe bei Leipzig, aber im kurf. Gebiet, wo in der Jahreswende der aus Wittenberg dorthin gekommene Augustiner Gabriel Didymus in stürmischer Weise reformierte, vgl. den Bericht eines Augenzeugen bei Seidemann, Erläut. S. 36 ff.; ferner Ztschr. f. Kgsch. V, 327 ff.; Seifert, Ref. in Leipz. 24 f. 74. — War damals Georg Kunzelt (vgl. Nr. 315; 375, Note 4) noch Pfarrer in E.?

[2] Anfang Decemb. 1521; vgl. Nr. 470, Note 1.

[3] Unter den majora meint Luther wohl die sich schon vorbereitenden Carlstadt'schen Reformversuche; vgl. über dieselben Jäger 207 ff. Kap. VII. — [4] vgl. Jes. 7, 4.

[5] Herzog Georg, der damals bei dem Reichsregiment in Nürnberg war, bestürmte den Kurfürsten und den Herzog Johann mit Beschwerden über die Neuerungen der Wittenberger; vgl. Seckend. I, §. 130, p. 217.

[6] vgl. Ps. 66, 5. — [7] Nr. 475. 474. — [8] Nr. 479.

(Wartburg.) **Nr. 481.** 22. Januar 1522.

Luther an Spalatin.

Drucke: 1. Aurif. II, 76[b]; 2. de Wette II, 246 (falsch datiert: 10. Sept.). — Deutsch: Walch XXI, 800.

Gratia et pax in Christo. Vidi literas tuas ad Amsdorffium scriptas de sacerdotio Creytzis[1] etc., et plane doleo, non tam illius quam tua gratia, qui sic sis aulicis affectibus imbutus et immersus, ut tam parum christiane de fratre tuo et sentias et scribas. Ais, te fore cautiorem deinceps, et nolle alienae inconstantiae misceri, et nescio quae grandia, ita ut me coëgeris haec ad te scribere fraterno certe animo; tu igitur fraterno quoque animo haec admittas, oro per Christum. Sin autem, certiorem me redde, et magis mutus ero, quam piscis.

Tu si rem recte consideres, nosti hominem non esse malum, deinde quod de mutando sacerdotio agit, nec levitate nec inconstantia ferri, sed summa

Digitized by Google

necessitate et imperio (quo nullum est majus in omni creatura) conscientiae, nisi nescis, quanta tyrannide et impietate sacerdotia istiusmodi sint possessa et possidenda et quanta difficultate adeunda. Fateor, per nos antea obtinuit ignarus, quid ambiret; nunc re cognita et periculo intellecto resilit et de mutando cogitat: id quod tu summis officiis probare, laudare et commendare debuisti, et cum tanto impetu animi arguis et damnas inconstantiae, ita ut nulli serviturum deinceps promittas. Si sic sapis et doces in aula, praestaret, te mutum esse in aeternum. Hic prodit, quod in aula ista semper sum suspicatus: nunc intelligo, cur Pfaffenbecium[2] adeo repudiavit. Sed latet ibi occultum illud malum vindictae, et ignorantia laudatissimae illius in Christo et per omnes Pauli epistolas longanimitatis, quae est tarditas ad vindictam etiam juste provocata. An vero vindictam non esse putas, si nihil inferas mali, subtrahas tamen officium fraternum, ut malum aut superare aut prohibere non possit, quod tua opera vitare possit? Mi Spalatine, ne erres: Deus non irridetur, ne ab aula quidem, quantumvis egregia simulatrice. Neque enim tu tibi sic fieri velles, sicut isti facere cogitas, jamque in totam legem et charitatem peccas, in quo peccato ne te patiar perire, certe sollicitudo fraterna cogit te monere. Non est bona gloriatio tua.

At castiganda est (ais) temeritas et inconstantia, ne sit occasio mali exempli. Recte; sed primum videndum, sitne temeritas vel potius pietas, quae castigetur, ne etiam occasio sit mali exempli plectendae innocentiae et pietatis. Hic autem pietas in causa est, quod missarum impietatem nec subire nec curare audeat. Jam sit temeritas, sane sic castigetur, ut sit castigata et emendata, non ut maneat incastigata, et frater deseratur in malo. Hic vero si tanta cruditate rem prosequaris, hominem non modo spoliabis sacerdotio, sed et pa-

Digitized by Google

rentibus suis summo trades periculo et extremo damno: breviter, perdidisti eum. Tu autem hanc, oro, audebis vocare castigatam temeritatem, qui doces evangelion? Non ita de te spero. Sed esto, aliter facere non possis, sic enim aulae mos et ingenium Principis est. Audio, quid ergo facis in aula evangelista? Hoc enim agere debes verbo, ut iste mos et tale ingenium non sit, aut certe sine tua conscientia sit, hoc est, ut ‚impio denunties peccatum suum, et animam tuam liberes', sicut Ezech. 3. scribit. Scis, quam potentibus verbis meam acerbitatem monueritis vos aulici toties; sed nunc vide, quaeso, quid de vobis sentiendum sit, an non sit salubrius impietatem exasperare, etiam cum multorum offensione, quam palpare, ut servetur pax et tranquillitas. Quod si tam es patiens in castigandis aulae affectibus, incomparabiliter pejoribus, quam vel hujus inconstantia, nonne inique judicare deprehenderis? Neque enim spero, sic de aula vel Principis lapsu tonares, sicut de hujus inconstantia tonas. Cur ergo alius es in hunc, quam in illos? nisi quod non merita, sed personas spectas. Aut ergo et hunc ea patientia et suavitate suscipias, qua suscipis aulicos lapsus, aut scito, Christum a te esse repudiatum.

Miseros nos, qui sic nos ipsos humanis officiis et fucis fallimus, et occultam istam charitatis christianae omissionem non advertimus. Res fratrum gerimus frigide, imo impie. Cur hoc? quia sic gerimus, quasi aliena, non quasi nostra. At charitas contra aliena ut sua curat, sicut scriptum est: ‚alter alterius onera portate'[3], et iterum: ‚nemo quae sua sunt, consideret, sed quae aliorum'[4]. Castigat et charitas vitia, sed non deserit. Plane me saepius male habuit hujus aulae peculiare istud malum, quod semel offensis non nocet quidem (qua in re gloriam habet, quod non sit cruenta), sed tamen subtractione auxilii sic pertinaciter saevit, ut praestaret aliquando cruentum experire quam

Digitized by Google

subtrahentem. Laudet hoc, qui volet; ego damno, ut christianae longanimitati ex diametro adversum. Vide ergo, ne dum de aliena inconstantia te evolvis, prudens (ut tu videris tibi) impliceris in alia parte alienae crudelitati imprudens (ut mihi videor).

Utinam haec fraterno et grato animo acciperes, ut videres, quam grandis et magnifica res sit, docere impios et tractare verbum Dei, et quam pauci sint, qui hoc pure et libere tentent. Oro igitur, si potes hunc Creytz juvare, non solum non sis offensus, sed id quoque cures, ne Princeps inclementior in eum fiat. Deinde si fieri potest, ut mutet sacerdotium istud alio, in quo non sit necesse missare; sin non potes, ut tamen placatus et mitis hominem amplectaris. Fratres enim sumus et ille nihil mali fecit, sed pie et christiane cogitat facere, in quo nos debitores sumus, ut eum juvemus. Quod si tu non juvabis, ego tamen iis literis meum officium tam in te quam in illum absolvero et conscientiam meam redemero. Tu videris, ut Christum doceas, Christum etiam in fratre agnoscas et tractes. Bene vale in Domino, qui te illustret et inflammet cognitione sui, Amen. Feria 4. post Marcelli, 1522.

Martinus Lutherus.

[1] Michael Creuzen, vgl. Nr. 408. — Am 10. Mai schrieb Melanchthon nochmals an Spalatin in derselben Angelegenheit (CR. I, 572). — [2] Pfaffenbeck kommt zwar zuerst in den Briefen an Spal. und den Kurf. vom 28. März vor; aber in dem letztern sagt Luther: „Ich hab zuvor aus meiner Wüsten an E. K. G. geschrieben von Christoffel N." (d. i. Pfaffenbeck), welcher Brief jedoch nicht mehr vorhanden ist. — [3] Gal. 6, 2. — [4] Phil. 2, 4.

(Wartburg.) **Nr. 482.** (Ende Februar 1522[1]).

Luther an die Wittenbe--

(Bruchstück.)

Mißbilligt den Ungestüm, mit dem man in Wi. rungen verfährt, und will, daß man die Schwachen tro

---

Digitized by Google

Handschriftlich: 1. Cod. chart. Gothan. (mit der Schlußbemerkung: Arbitror hic adhuc aliqua desiderari; nach Burkhardt S. 43); 2. Wolfenbüttel, Cod. Aug. 11. 10. fol. 185b (mit der gleichen Schlußbemerkung); 3. Wolfenb. Cod. Aug. 19. 15. fol. 93b (mit der nämlichen Schlußbemerkung, und der Ueberschrift: „Widder die Newerung zu Wittenbergk angericht durch Carolstad weil D. Martinus nach dem Reichstagk zu Wormbß gehalten in seiner Wusten ward. Im 1520 [!] ꝛc."). — Gedruckt: Erl. 53, 99, Nr. 38 (mit der unrichtigen Datierung: Dec. 1521).

Cod. Aug. 19. 15. bietet an bemerkenswerthen Varianten: Erl. S. 99. Z. 20. (st. auch:) gleich.

100. Z. 10. (st. in Sünd:) uber die Sunde. — Z. 19. (st. hinan:) hievon. — Z. 32. (st. von:) fur. — Z. 33 ff.: die zu Leipzig und im Land zu Meissen sind, die müssen.

101. Z. 5. Carlstadt und Gabriel [d. i. Zwilling] gesagt hätten. — Z. 12. (st. so:) sie. — Z. 19. Wort † damit. — Z. 26. die Stück, die ihr in meinem Abwesen. — Z. 28. „zu halten" fehlt. — Z. 29. und † daß. — es hat auch kein Mensch auf Erden, wider Bischof noch Papst, sie zu ändern.

102. Z. 5. Denn kein Oberkeit noch Gewalt hat Macht. — Z. 25. (st. als:) das ist. — Z. 31. bist † nun.

103. Z. 6. issest und trinkst, so bistu nichts desto mehr oder minder ein Christ.

---

[1] de Wette II, 118 und nach ihm Erl. haben dieses Bruchstück zu früh in den December 1521 gesetzt. Das Schreiben, welches kurz vor dem folgenden Brief verabfaßt ist, blieb wohl Bruchstück und wurde nicht abgesendet, weil Luther selbst nach Wittenberg ging. Vgl. Köstlin[2] I, 527; Seckend. I, 218; CR. I, 553. 557. — [2] S. 100, Z. 32. Herzog Georg ꝛc.] s. Nr. 480, Note 5. — [3] S. 100, Z. 40. purdi purdi] auch „purde" oder „borde", eine von Luther öfter gebrauchte Interjection (z. B. Erl.[2] 13, 253, wo die Lesart in Note 46 richtig, die im Text: „bohrte" falsch ist; 29, 175 u. ö.) im Sinne von „rasch, schnell". Ueber die Ableitung dieses Wortes vom mittelhochd. bürn, erheben: burdi = bur dich, hebe dich, mache fort, s. Grimm, s. v. büren.

(Wartburg.) Nr. 483. (Ende Februar 1522.)

Luther an Kurfürst Friedrich von Sachsen.

Ermahnt den Kurfürsten, das Kreuz der Wittenbergischen Unruhen getrost und standhaft zu ertragen und mit Klugheit zu verfahren; kündigt seine demnächstige Rückkehr nach Wittenberg an. — Antwort s. unter Nr. 484.

Original in Reg. N. pag. 109. 42. in Weimar (nach Burkhardt S. 44). — Gedruckt: Erl. 53, 103, Nr. 39 (desgl. theilweise: 64, 383, Nr. 39).

Digitized by Google

[1] S. 104. Z. 3. nach Heiligthum in alle Land bewerben laſſen]. Bekannt iſt die Liebhaberei des Kurfürſten, von überall her Reliquien für ſeine Stiftskirche in Wittenberg zu erwerben; vgl. Nr. 28, Note 4.

(Lochau.) Nr. 484. (Ende Februar 1522.)[1]

Inſtruction des Kurfürſten Friedrich von Sachſen für Johann Oswald, Amtmann in Eiſenach, an Luther.

Dieſer Auftrag zur mündlichen Verhandlung mit Luther war die Antwort des Kurfürſten auf den Brief Nr. 483; Luthers Antwort Nr. 485.

Original-Concept: 1. Reg. O. Lit. N. N. fol. 101 in Weimar; — Druck: 2. CR. I, 559, Nr. 201. — Wir geben den Text nach 2.

Von Gottes Gnaden Friedrich, Herzog zu Sachſen und Churfürſt.

Inſtruction, was unſer lieber getreuer Johann Oßwald an Doct. Luther werben ſoll.

Erſtlich unſern gnädigen Gruß ſagen, und folgend erzählen, mein gnädigſter Herr, der Churfürſt von Sachſen, hat ſein jetzigs Schreiben, darinnen er ſein Churf. G. im Eingang Gnad und Glück wünſcht von Gott zum neuen Heiligthum und ganzem Kreuz, und folgend ſchreibt, daß ſeine Churf. Gn. ſoll nun klug und weiſe ſein, und nicht nach Vernunft und Anſehen des Weſens richten, und endlich anzeigt, er wolle ſelbs, ſo Gott wolle, ſchier da ſein, und ſein Chf. G. ſoll ſich ſein nur nichts annehmen, lauts alles Inhalts und Leſung.

Nun wüßte er ſelbſt, daß Befehl ſein Chf. G. in dieſen Sachen nichts gerichtet, und vielleicht viel weniger darzu gethan, denn ſich in ſolchen ſchweren Fällen geziemt und gebührt. Denn ſie hätten zu Wittenberg manche ſeltſame Handlung vorgenommen und wären der Sachen unter einander ſelbſt nicht einig.

Es wären die im Stift und Kapitel auch nicht alle Wege einig; auch die in der Univerſität nicht.

So hielt man zu Wittenberg, dergleichen außerhalb Wittenberg, ohne Ende, da etliche denen zu Wittenberg anhängig wären, einer ſonſt, der andere alſo Meß, einer in Meßgewand,

Digitized by Google

der andere ohne Meßgewand. Und wenn es gleich gut sein sollt, so wäre es doch aufs wenigste eine Unschicklichkeit.

Es zögen auch darüber viel Studenten hinweg.[2]

So hätten auch etliche Fürsten ihre Bewandten[3] deßhalb von der Universität zu Wittenberg abgefordert.

Demnach wüßte sein Chf. G. nicht, was in dem das Beste sein sollt. Darum, weil er schreibe, sein Chf. G. sollten nun klug und weise sein, und nicht nach Vernunft und Ansehen des Wesens richten, so wäre seiner Chf. G. gnädiges Begehren, er wollt sein Chf. G. anzeigen, was er meinet und achtet, das S. Chf. G. in diesen Sachen zu thun oder zu lassen, und daß (er) sein Chf. G. wolle Antwort zuschicken. Denn S. Chf. G. wolle je nicht gerne etwas thun oder vornehmen, das Gottes Willen und seinem heiligen Wort zu entgegen sein sollt. Sollte auch vielleicht etwas Unbilliges vorgenommen werden, daraus Entpörung und Beschwerung erwachsen möchte, wollten S. Chf. G. auch nicht gerne.

So hätte des Reichs Regiment zu Nuremberg S. Chf. G. von wegen dieser Sachen in verschienen Tagen geschrieben[4], begehrt und gebeten: ob sich obberührte oder dergleichen Neuerung wider den hergebrachten christlichen Gebrauch in ihrem Fürstenthume erhoben oder begeben hätte, oder künftiglich entstehen würden, die nicht einwurzeln zu lassen, sondern bei hoher Straf ernstlich verbieten, mit Fleiß verhüten, und ob gut wollt sein durch geschickte Prediger an der Kanzel ermahnen und verkünden lassen 2c.

Als lassen sich jetzo etliche Bischöfe, als der von Meißen, vernehmen, als wollten sie an den Enden, da die Leute sollten verführt sein, selbst predigen und durch Andere zu predigen verordnen. Es hat auch S. Chf. G. der Bischof zu Meißen neulich geschrieben auf des Reichs Regiments Schreiben, und aus dem, daß es ihm aus seinem bischöflichen Amte zustehe, daß er bedacht vermittelst göttlicher Verleihung, auf die Zeit der heiligen Fasten und andern, tugendliche Prediger auszuschicken, das Wort Gottes und der heiligen Kirchen Ordnung und Aussatzung zu verkündigen, und [illegible] armen einfältigen Menschen, sonderlich der Gegend, da sich [illegible]s Entpörung begeben, zu christlicher Einigkeit und Gehorsam [illegible] mahnen, ihnen [illegible] empfangenen [illegible] atthalters und

Digitized by Google

Regiments, desgleichen seine Wohlmeinung anzeigen, und sie nach seinem höchsten Vermögen von ihrem Irrthum abweisen.[5]

Würde es nun durch solch Predigen gut und recht gemacht, so würde es freilich männiglich gerne haben. Und als er[6] auch am Ende seines Schreibens anzeigte, als wollt er selbst, so Gott walt, bald da sein, und sein Chf. G. sollt sich sein nur gar nichts annehmen, so wüßte sein Chf. Gnad nicht, ob er damit wollt anzeigen, daß sein Wille und Meinung wäre, sich wieder gen Wittenberg zu wenden.

Wäre aber solches sein Gemüth, so wäre S. Chf. G. Bedenken, daß er sich noch zur Zeit in keinen Weg wiederum dahin thun sollt. Denn S. Chf. G. könnten nicht ermessen, daß es ihme zum guten reichen möchte, wenn er sich in diesen Läuften würde öffentlich sehen lassen.

Sollt man nun ihn zu Wittenberg erfahren, und der Papst und Kais. Majestät mit ihrem hievor ausgegangenen Mandat wider ihn weiter procediren und verfahren, auch S. Chf. G. mit mehrern Processen gebieten und mandiren, ihme antworten zu lassen, deß doch S. Chf. G. noch nicht Ursach wüßten, daß solches billig geschehen sollt, weil er noch unüberwunden, das sollt S. Chf. G. der größten Beschwerungen eine sein, zuvor wenn ihm sollt Unrecht geschehen.

So wüßt er auch, daß S. Chf. G. sich bisher seiner und der Sache nie weiter angenommen, denn daß S. Chf. G. ihn bei Kais. Majestät, auf sein einfaltigs unterthänigs Erbieten gnädiglich zu hören, unterthäniglich verbeten. S. Chf. G. wüßte sich auch nachmals nicht weiter einzulassen, noch seiner und der Sache anzunehmen, weil er noch nicht überwunden, und er selbst schreibe, S. Chf. G. sollte sich sein nur nichts annehmen.

Sollten aber S. Chf. G., so er sich wiederum gen Wittenberg wenden würde, dem Papst und Kais. Majest. ihr Ansuchen abschlagen, und dem nicht Gehorsam leisten, auch das abzuschlagen nicht genugsam Ursach haben, so hätt er zu achten, was Gutes S. Chf. G. und seinen Landen und Leuten daraus entstehen möchte.

Aber des Gemüths wäre sein Churf. Gnade wohl, wenn seine Gnade eigentlich und gründlich wüßte, was in dem Gottes Willen recht und gut wäre, darob zu leiden, erdulden und lassen, was S. Gn. sollt, deß hätte S. Chf. Gn. für seine

Digitized by Google

Person keine Beschwerde. Denn wenn das sollt das rechte Kreuz und Heiligthum von Gott sein, so hätten S. Chf. G. keine Entsetzung davor, sondern weil Gott gesagt hätte, sein Joch wäre süß und seine Bürde leicht, so wollte S. Chf. G. das Kreuz, so sie wüßten, daß es von Gott sein sollte, gerne tragen, ungezweifelt, Gott werde S. Chf. G. Hülfe und Stärkung dazu verleihen. Sie machten es aber zu Wittenberg so wunderlich und mancherlei, daß so viel Secten daraus würden, daß männiglich irre darüber würde, und niemand wüßte, wer Koch oder Kellen wäre.

Daß aber von wegen S. Chf. G. Kopfs oder Haupts auch andere Leute sollten zu Schaden und Beschwerung kommen, das würd S. Chf. G. auch fast beschwerlich sein.

Zu dem, so wollt S. Chf. G. ihm gnädiger Meinung nicht verhalten, daß jetzo die Rede wäre, daß ungefährlich um Mitfasten ein neuer Reichstag sollt angestellt und ausgeschrieben werden, und also vermuthlich auf demselben Reichstage seine Sache nicht der wenigsten eine sein, davon man handeln werde. Demnach bedächt S. Chf. G., daß vielleicht gut sein sollt, daß er mittler Zeit Geduld hätte, sich enthielt, bis man sehe, wie doch die Dinge sich anlassen wollten, auch, wenn er es für gut ansehe, auf benannten Reichstag auch seine schriftliche Erinnerung und Bedenken, was in diesen Sachen sollte vorgenommen werden, schickte, ob Gott der Allmächtige seine Gnade verleihen wollte etwas Gutes auszurichten. Denn es stünde darauf, daß die Ding mittler Zeit zu einer großen Veränderung kommen möchten.

Sollt aber dadurch Gottes Willen und Werk verhindert werden, das wäre S. Chf. G. nicht lieb, und wollt derhalben das alles in seinen Verstand, der dieser hohen Sachen erfahren, gestellt haben.

Das hat sein Chf. Gnad, als die es gnädiglich, gut und treulich meint, ihme gnädiger Meinung nicht wollen verhalten. Datum ut s.

[1] Das Datum dieser Instruktion im CR.: 20. Febr. ist zu frühe, dagegen bei Burkhardt S. 44: c. 3. März zu spät angesetzt. Letzteres wäre nur möglich, wenn man mit Seckend. I, § 130, add. I, dem Salig, Hist. der Augsb. Conf. I, 60 folgt, annimmt, daß bei Ankunft dieser Instruktion Luther bereits die Wartburg verlassen habe. Nach dem Brief Luthers vom 5. März aber hat dieser noch auf der Wartburg am Freitag (28. Febr.)

Digitized by Google

ein kurf. Schreiben empfangen, welches kein anderes als unsere Instruktion gewesen sein kann. Vgl. auch Lingke, Reisegesch. 117; Seidemann in de Wette VI, 579, Note 7.

[2] Ulscenius schreibt an Capito, 24. Jan. 1522 (Ztschr. f. Kgsch. 5, 331): Plures studiosorum abeunt, veremur et Philippum nostrum ad festum τοῦ πάσχα discessurum esse; ait enim se non porro auctorem fore flagitiorum, quae ejus praetextu hic fiunt. Itidem Aurogallus, hebraeorum praelector, ad Pragam profecturus est (was beides jedoch durch Luthers Ankunft verhindert wurde).

[3] = Unterthanen. — Spal. ap. Menck. II, 611: Avocavit hac hyeme ex Academia Wittenb. suos Joachimus Marchio Brandenb. Elector et Heinricus Dux Brunsvicens. junior. Auch Herzog Georg von Sachsen gebot, aus Nürnberg, Montag nach Dorotheä (8. Febr.), daß seine Unterthanen von der Universität Wittenberg zurückgerufen würden, und verbot den ferneren Besuch derselben. (Luth. WW. ed. Wittb. IX, 141[b]).

[4] Am 20. Januar. Die angeführte Stelle: „ob sich oberührte ... verkünden lassen" befindet sich gleichlautend in dem Schreiben des Reichsregiments an den Bischof Johann von Meißen; vgl. Samml. verm. Nachr. zur Sächs. Gesch. 1770, IV, 301. Der Bischof schickte dem Kurfürsten dieses Schreiben am 12. Februar zu, a. a. O. 295.

[5] Die Stelle: „daß er bedacht" ꝛc. fast wörtlich aus dem Schreiben vom 12. Febr., S. 296 f. — [6] nämlich Luther, Nr. 483.

Borna. **Nr. 485.** 5. März 1522.

Luther an den Kurfürsten Friedrich von Sachsen in Lochau.

Auf der Reise nach Wittenberg antwortet Luther dem Kurfürsten von Borna aus auf Nr. 484, so spät, weil er hier, bei dem ihm befreundeten Geleitsmann Michael von der Straßen, erst Gelegenheit hatte, den Brief an den Kurfürsten zu befördern. Voll hohen Glaubensmuthes erwidert er auf des Kurfürsten Mahnung, daß er ihn in Wittenberg gegen Kaiser und Reich nicht schützen könne, daß sein Glaube ihn schützen werde, ja daß er den Kurfürsten mehr schützen wolle, als dieser ihn; der Kurfürst solle nur die Sache gehen lassen, wie sie gehen wolle.

Gedruckt: Erl. 53, 104, Nr. 40, woselbst [illegible] andern Standorte. — Handschriftlich in Wolfenbüttel, [illegible] vor. f. 34. (Varianten S. 105, Z. 24. stochern; S. [illegible] u. nicht soviel ihm vertrauen; die übrigen Varian[illegible]ten oder fehlerhaft.)

[1] Erl [illegible] Freitag] den 27. Febru[illegible] Z. 18. mein [illegible] [3] S. 106, Z. 6. der; anmerk. de [illegible]e solche Unlust zu

Digitized by Google

angericht haben. — [4] ib. Z. 26. dieß Jahr] das er auf der Wartburg zugebracht. — [5] ib. Z. 33. Herzog Georg] vgl. Nr. 480, Note 5. — [6] S. 108, Z. 3. leiden] Randglosse der Witt. Ausg.: „Doctor Martinus saget, welchs Glaubwirdige aus seinem Munde mehr denn eins gehört: er hätte sein Lebenlang keinem großen Herrn so hart geschrieben, als eben Herzog Friedrich Kurfürsten, der es ihm doch alles zu gut gehalten ꝛc."

Lochau. **Nr. 486.** 7. März 1522.

Instruktion des Kurfürsten Friedrich von Sachsen für Hieronymus Schurf an Luther.

Beantwortet am 9. März.

gotium est, non possum non ostendere ab initio rei ex Paulo te ac tuos non parum peccare, qui nonnisi tragica et omnibus plena convitiis edere, nec ullius modestiae, benignitatis ac mansuetudinis rationem habere soletis, cum tamen nulla Pauli extet epistola, quae[b] *non pacem ac unitatem et alia id virtutis genus ex omni parte redoleat, ac quasi tuba aliqua intonet. Ita coelestis ille magister gentium enixe Romanos*[3] *hortatur, quo se invicem suscipiant, in charitate fraternitatis invicem sese diligant; item,*[4] *quae pacis sint, sectentur, et quae aedificationis sunt, invicem custodiant. Corinthiis*[5] *scribens testatur sese docere in ecclesiis Deum non dissensionis, sed pacis esse deum. Proin omnia honeste et secundum ordinem fieri jubet,*[6] *illosque non per Claudii tonitrua,*[7] *non fulmina Jovis, sed mansuetudinem et modestiam Christi obsecrat*[8]*. Gravatur denique non parum, in virga, non in spiritu mansuetudinis se denuo debere redire Corinthum*[9]*. Nihil hic de contentione dicam, ubi dicebant*[10]*: ego sum Pauli, ego Apollo, ego vero Cephae. Galatas monuisse*[11]*, ne efficerentur inanis gloriae cupidi, invicem provocantes, invicem invidentes, nemo non videt*[c]*. Ephesiis vero scribens*[12]*: Estote, ait, invicem benigni, misericordes, donantes invicem, sicut et Deus in Christo donavit vobis. Antea vero sic dixerat*[13]*: Obsecro vos ego vinctus in Domino, ut digne ambuletis cum omni humilitate et mansuetudine, cum patientia supportantes invicem in charitate, solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis. Quin*[d] *etiam evangelica tuba Philippensium*[14] *modestiam omnibus hominibus notam esse voluit, et*[15] *ut cogitarent, quaecunque pudica, quaecunque amabilia, praemittit dicens*[16]*: Fratres, si qua consolatio in Christo, si quid*[e] *solatium charitatis, si qua societas spiritus, si quae viscera misericordiae, implete gaudium meum, ut idem sapiatis, eandem charitatem habentes, unanimes id ipsum sentientes, nihil per contentionem neque per inanem gloriam, sed in humilitate superiores sibi invicem*

Digitized by Google

arbitrantes. Colossensibus[17] *praeterea praecepit, ut deponant omnem iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpem sermonem, et*[18] *quod induant sicut electos Dei benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam, supportantes invicem. Sed et Thessalonicenses*[19] *non minori diligentia hortatus est consolari invicem, aedificare alterutrum, inquietos suscipere fratres*[20]. *Et pulchre Timotheum*[21] *docet, ne seniorem increpet, sed obsecret ut patrem, juvenes ut fratres, anus ut matres, juvenculas ut sorores. Quod et Tito servandum tradidit, dicens*[22]: *Admone illos, non litigiosos esse, sed modestos, ostendentes omnem mansuetudinem ad omnes homines. Et antea Timotheo*[23] *scripserat, servum Domini non oportere litigare, sed esse mansuetum ad omnes. Quid quod ut pietatem ad omnia valere ubique doceret, pro Onesimo pientissime ad Philemonem*[24] *interpellat. Praetereo hic*[1], *quae de stultis quaestionibus ad Titum*[25] *scripta sunt. Et non abs re praecepit Hebraeis*[26], *ut pacem sequantur cum omnibus, in charitate fraternitatis maneant, ac nunquam beneficientiae obliviscantur.*

Ex quibus omnibus manifeste docemur, ut qui jactemus nos Pauli nosse spiritum, necesse sit in ecclesia Dei pacis, modestiae, fraternitatis, mansuetudinis, benignitatis ac unitatis rationem habeamus, et omnis demum amaritudo et ira et indignatio tollantur a nobis. Modeste itaque non in portentis verborum, nec ad ostentationem agamus, et quantum fieri potest, priscorum patrum vestigia sectemur. Quis enim nescit Tertullianum, Lactantium, Athanasium, Apollinarium ac alios scripsisse contra gentes, Hierenaeum contra Valentinianos, Originem contra Celsum, Basilium adversus Eunomium, Milciadem[27] *contra Montanum, Hieronymum adversus Helvidi[um] Jovinianum, Vigilantium ac alios, D. Aurelium [Au]gustinum contra Academicos, Manichaeos, Fo[rtu]tum, Faustum, Felicem, Parmenianum, Petili[anum] Cresconium, Donatistas, P[elagianos, M.*

Digitized by Google

num, Felicianum ac alios. At non invenies in his omnibus tam tragica, ac quasi veneno tincta scommata, quibus omnes fere tui ac sectatorum tuorum libelli contra omne christianae pietatis ac mansuetudinis officium oppleti sunt. Ab illis abstinere tecum sermonem habiturus, mihi persuasissimum est.

Convertamus itaque gladios in vomeres et hastas in ligones; sectemur pacem, et Deus pacis erit nobiscum[28]. *Nam quantum ad me pertinet, ita me Deus amet, hoc maxime et id unum cupio, ut veritas triumphet, docere et doceri paratissimus. Tantum enim abest, ut offendar emendatione tua ulla, ut apud me gratiam non mediocrem sis olim initurus, si meliora, si castiora docueris, id tamen absque laedoriis, absque libellis famam obscurantibus, ac etiam semoto rancore fiat. Inciderunt (ut nosti) nonnunquam inter viros sanctos amicae in studiis dissensiones, unde et Paulum a Petro dissensisse, Paulum quoque et Barnabam propter Marcum separatos, sacrae tradunt historiae*[29]. *Quod si dissentire ab alio contumelia foret, quis unquam scriptorum non alicubi dissentit a caeteris? Lege igitur, dum licet per otium, lucubrationem hanc meam, et tuum in Christo confratrem, quod facis, diligito.* Ἔῤῥωσο ἐν κυρίῳ.

[a] illucessit 2. — [b] qua 3. — [c] novit 3. — [d] Quando 3. — [e] quod 3. — [f] † ea 3.

[1] Kolde, der in seinen Analect. p. 50 Regest von diesem Briefe gibt, setzt ihn zu spät auf: Ende 1522. — Wir reihen ihn hier ein, weil die am 13. August 1522 vollendete römische Ausgabe bei dem Umfang des Werkes wohl mindestens 2 Monate für den Druck bedurfte; doch kann der Brief auch bedeutend früher verfaßt sein, da ja Faber bereits im Oktober 1521 mit dem Werke so ziemlich fertig war.

[2] Hans Heigerlin, ein Schmiedssohn, daher Faber oder Fabri, geboren 1478 in der schwäbischen Reichsstadt Leutkirch, trat in den Dominikaner-Orden, wurde 1518 General-Vicar des Bischofs Hugo von Constanz, und stand in jener Zeit mit den bedeutendsten Männern der humanistischen und reformatorischen Richtung in [illegible]beziehung. Doch schon frühe mißtrauten ihm [illegible] ihn für einen Streber, der gegen seine [illegible] Kirche eintreten werde. Diese Um[illegible] seinem Aufenthalt in Rom 1521/22.

Digitized by Google

Er führte dann 29. Januar 1523 die Züricher Disputation mit Zwingli, wurde Rath und Beichtvater, auch Hofprediger König Ferdinands, ist als solcher bei den meisten Reichstagen anwesend, daher auch 1530 in Augsburg einer der Verfasser der Confutatio. 1530 wurde er auch Bischof von Wien, als welcher er 21. Mai 1541 starb. Bei den Verfolgungen der Evangelischen in Oesterreich spielte er eine bedeutende Rolle, u. a. bei der Verbrennung Hubmeiers in Wien 1528. Auch versuchte er 1528 Melanchthon durch Versprechungen zum Katholicismus zurückzuführen (vgl. CR. I, 998). Vgl. über ihn Eckard et Quétif, script. Ord. Praed. II, 111; Kettner, de J. Fabri vita et scriptis, Lips. 1737; besonders aber für die Zeit bis 1523 Horawitz a. a. O., der auch für die Allgem. deutsche Biogr. s. v. sein Leben bearbeitete.

[3] Röm. 15, 7; 12, 10. — [4] Röm. 14, 19. — [5] 1 Cor. 14, 33. — [6] 1 Cor. 14, 40. — [7] vgl. Nr. 263, Note 14. — [8] 2 Cor. 10, 1. — [9] 1 Cor. 4, 21. — [10] 1 Cor. 1, 12. — [11] Gal. 5, 26. — [12] Ephes. 4, 32. — [13] Ephes. 4, 1 f. — [14] Phil. 4, 5. — [15] Phil. 4, 8. — [16] Phil. 2, 1—3. — [17] Col. 3, 8. — [18] Col. 3, 12. — [19] 1 Thess. 5, 11. — [20] 1 Thess. 5, 14, woselbst aber: corripite inquietos, suscipite infirmos. — [21] 1 Tim. 5, 1. — [22] Tit. 3, 1 f.

[23] 2 Tim. 2, 24. — [24] Philem. 10 ff. — [25] Tit. 3, 9. — [26] Hebr. 12, 14; 13, 1 f. — [27] Miltiades schrieb ein verlorenes Buch gegen die Montanisten, vgl. Euseb. hist. eccl. V, 17. — [28] Röm. 14, 19; 15, 33. — [29] Gal. 2, 11 ff.; Apstgsch. 15, 37 ff.

(Wittenberg.) **Nr. 540.** (ungefähr Anfang Juni 1522).[1]

Luther an Spalatin.

Original: **1.** anhalt. Ges.-Arch. (Aufschrift von Spal.'s Hand: D. M. L. | Enarratio aliquot | locorum ex Johannis | .c. 16. | 1522.); — handschriftlich: **2.** Cod. Dessav. A. Nr. 128; **3.** Cod. Jen. a. f. 155; — Drucke: **4.** Aurif. II, 135[b]; **5.** de Wette II,279 (zu spät gesetzt: Wahrscheinlich im Januar 1523). — Deutsch: Walch XV, Anh. LXXXVII. — Wir geben den Text nach 1.

D. Georgio Spalatino, Evangelistae et servo Christi, suo in Domino.

Gratia et pax in Christo. De solutione brasii[a 2] rogat Prior noster[3] et ego, ut gratias pro nobis agas Principi Illustrissimo, sic tamen ut locus ei salvus sit divinae retributionis, quamquam et haec gratis donetur, et nos gratis omnia debeamus.

Gemmas reddita[a] [illegible]ta Lucae pictori[4], unde accepi.

Digitized by Google

Ad quaestiunculas: 1. ‚Multa habeo vobis dicere' etc.,[5] quod pauca deinde loquutus est cum discipulis, haec ipsa causa est, quod non possent portare. Loquutus est ea autem postea per Spiritum sanctum in cordibus eorum, quae ipse praesens non dixit, nec illi tum portare potuerunt.

[b] 2. Et impletum est illud: ‚Spiritus annuntiabit vobis quae ventura sunt',[6] ubi apostoli de novissimis temporibus praedixerunt, et de judicio et aeterna vita, ut habes in epistolis Pauli et Petri. Nec est dubium, quin plura dixerint[c], quam scriptum sit, ut indicat 2. Thess. 2. d[icens][d]: ‚Non retinetis, cum essem vobiscum, quod haec dicebam vobis'. Quod autem Petrus et Paulus dixerunt, absque dubio et alii dixerunt omnes.

3. Licet Christus eadem dixerit tunc, quae postea, apostoli tamen[e] ante spiritum prorsus non intellexerunt, sed sicut dicit[7]: ‚Ille suggeret vobis omnia quae dixi'; et iterum[8]: ‚Ille me clarificabit' etc. Erant enim rudes, ut regnum ejus putarent fore temporale, Actor. 1 et Lucae ultimo; alioqui non fuissent sic in passione ejus scandalisati et confusi. Nesciebant enim adhuc Scripturas, ait Joannes 20. Ipse autem ideo haec eadem praedixit, ut postea recordantes firmius et certius crederent, cum viderent idem a Spiritu doceri, quod ille docuisset, sicut dicit[9]: ‚Haec loquutus sum, ut cum facta fuerint, credatis.' Sic ergo Spiritus ea, quae Christus breviter et obscure, postea clare et copiose docuit, quomodo et Mosen et Prophetas prius obscuros, deinde apertos habet spiritualis homo.

4. ‚Expedit vobis, ut vadam etc.'[10] Quia carnalis illa et rudis opinio de regno Christi non potuit tolli, nec potuit fides Christi fieri omnipotens, nisi ad dextram Patris iret, ut impleret omnia, et sciretur, quod in omnibus servare posset. Illi enim tum solum gladio et in carne servari regnum Israel voluerunt, exemplo antiquorum regum, quod nihil

Digitized by Google

profuisset ad salutem. At nunc in aeternum spiritu et carne regnat et servat.

5. Sic et illud: ‚Nemo interrogabat eum de isto transitu quo iret'[11], quia non capiebant[f]. Interrogabant autem ruditer, quo vaderet,[12] quia putabant, eum per loca aliquo[g] ire in mundo corporaliter, in quo praesumebant sese sequi velle.

6. Quia insufflavit spiritum,[13] etiam pertinet ad promissionem spiritus dandi, quod nondum intellexerunt nisi veniente spiritu, sicut supra 3. quaestione[h] de verbis diximus, ut certi et firmi essent, hunc esse spiritum, quem Christus tunc etiam signo visibili promisit et obtulit.

7. Per hoc ad ultimum, post resurrectionem plenam spiritus et omnium notitiam acceperunt, cujus ante resurrectionem obscuram notitiam[i] in verbo et signo promissionemque acceperant. Et erat necessarium, ut ab[k] initio ecclesiae daretur spiritus manifesto signo et magno miraculo, cum tot in lege abroganda, tot innovanda per orbem essent, ne humana, sed divina autoritate res geri crederetur. Nunc cum perseveret illa innovatio, et evangelion idem sit quod tunc, nullaque sit innovatio futura ante judicium: statur in illa prima Spiritus manifestatione corporali, nec est necessario perpetua in omnia tempora. Haec habui inter occupationes plurimas, tu judicabis ea.

Literas Cronobergii inter chartas nondum quaesivi. Habebis autem eas excusas ex Argentina, sic enim mihi ipse simul scribebat. Vale et ora pro me.[1] Mart. Luther.

[a] bravii 4. 5. — [b] Aurif. u. de W. ziehen die Nummer 2 u. 3 noch zu 1, und haben demnach 4 als 2 u. ſ. w. — [c] dixerunt 4. — [d] d[icens] fehlt 4. 5. — [e] tum 4. — [f] cupiebant 4. — [g] aliqua 4. 5. — [h] Dieß ſtimmt natürlich nicht nach der Aurif.-de Wette'ſchen Zählung, welche hier den Text hätten ändern müſſen: supra 1. quaestione. — [i] acceperunt, cujus etc. fehlt 4. 5. — [k] in 4. 5; nach 5 ſoll 3 haben: ob. — [l] † Anno MDXXIII. 4. 5.

[1] Wir reihen dieſen Brief hier ein, weil er jedenfalls noch zu dem Cyklus von Briefen gehört, in welchen Luther dem Spalatin exegetiſche Fragen, vornehmlich aus dem Johannis-Evangelium beantwortete (vgl. Nr. 525. 528.). Auch daß Luther, abermals wie es

Digitized by Google

scheint an die Rückgabe der Edelsteine gemahnt, wiederholt meldet, daß er sie Cranach zur Rückstellung gegeben habe (vgl. Nr. 528.) weist in diese Zeit. — Man könnte nur zweifelhaft sein, ob er wegen des am Schlusse erwähnten Cronbergischen Briefes nicht erst nach dem 5. Juni zu setzen sei; aber unserer Ansicht nach spricht hier Luther von dem am 14. April geschriebenen Briefe Cronbergs (Nr. 511.), während er am 5. Juni von einem andern, neuerdings erhaltenen, uns verlorenen Briefe spricht.

[2] vgl. Nr. 524. — [3] Eberhard Brisger. — [4] Cranach. — [5] Joh. 16, 12. — [6] Joh. 16, 13. — [7] Joh. 14, 26. — [8] Joh. 16, 14. — [9] Joh. 16, 4? — [10] Joh. 16, 7. — [11] Joh. 16, 5. — [12] Joh. 14, 5. — [13] Joh. 20, 22.

Wittenberg. Nr. 541. 2. Juni 1522.

Luther an Volkmar Stolz.[1]

Drucke: 1. Aurif. II, 69b; 2. de Wette II, 204. — Deutsch: Walch XXI, 789. — Wir geben den Text nach 2.

Salutem. Sic occupatus sum, ut literas tuas nescio quo posuerim, et nomen tuum nescire coactus fuerim, mi Volgmar. Idem autem scribis, an missam debeas omittere vel censum? Respondeo: optimum foret, si persuasis hominibus, censu retento, missis omnino abstineres, sicut faciunt nostri sacerdotes. Sin persuaderi nondum possunt, tutius est et censum renuntiare. Erat quidem modus, si missam faceres, ut communionem, non ut sacrificium aut bonum opus, donec infirmi erudirentur; sed hoc propter censum facere, et non mera libertate, non est consultum. Quis enim prohibeat, si quis se ipsum quotidie communicet, modo id libere, non census gratia faciat, aut ad summum, si id faciat amore servitutis, qua infirmis ad tempus cedat, sicut Capellanis nostris consului? Sed istum servitutis casum in te non video habere locum; ideo aut libere communica, aut abstine a censu et missis, sic sapias in Domino. Tu bene vale. Vittembergae, 1522, feria 2. post Exaudi.

Tuus Martinus Lutherus.

[1] Ueber diesen Mann vermag ich keine Auskunft zu geben.

Digitized by Google

(Wittenberg.) Nr. 542. 5. Juni 1522.

Luther an Spalatin.

Original: 1. anhalt. Geſ.-Arch.; — handſchriftlich: 2. Cod. Dessav. A. Nr. 116; 3. Cod. Jen. a. f. 145; — Drucke: 4. Aurif. II, 70; 5. de Wette II, 205. — Deutſch: Walch XXI, 790. — Wir geben den Text nach 1.

D. Georgio Spalatino, Evangelistae, suo in Christo venerabili fratri.

Salutem. Petiit hic civis Hans[a] Neyendorff[b], mi Spalatine, ut tibi commendatus per te Principi supplicationem porrigeret. Habet nescio quid causae, quam metuit per Magistratus differri usque ad abcessum Principis, quo irritum faciant ejus consilium; poteris ex ipso, si libet, audire. Eloquens et industrius vir esse videtur, et dignus, qui in statum civium provehatur, cum tot hic sint porci et talpae, non nisi ventri suo servientes.

Hartman[c] a Cronberg nuntium apud me hic habet cum literis. Habet et Philippus ab Argentina et aliis, quas si legere voles, mittentur. Vale et ora pro me. Jacobon Priorem Antwerpiensem denuo captum[1] scribunt per Caesarem, forte quod revocarit revocationem.[2] Et saevit Caesar, prohibuitque, ne nostri fratres ad Capitulum Vicarii[3] venirent. Feria 5. post Exaudi 1522.[d]

Mart. Luther.

[a] Hans fehlt 5. — [b] Nelendorff 4; Neuendorf 5. — [c] Harthmuth 5. — [d] Im Original ſteht bloß 152.

[1] vgl. Nr. 507, Note 4. — Die zweite Gefangennehmung Probſt's geſchah am 25. Mai; vgl. Hoop-Scheffer S. 215. [2] vgl. Nr. 508, Note 4. — [3] Das von Link auf Pfingſten 1522 nach Grimma ausgeſchriebene Capitel; nostri fratres ſind die Niederländer Auguſtiner.

(Wittenberg.) Nr. 543. 7. Juni 1522.

Luther an Spalatin.

Fürbitte für einen Fiſcher, der ſich an der kurfürſtlichen Fiſcherei vergriffen.

Original: anhalt. Geſ.-Arch.; — gedruckt: Erl. 53, 137, Nr. 51, woſelbſt auch die andern Drucke angegeben ſind.

Digitized by Google

Die Adresse nach dem Original: Dem Wirdigen Herrn Magistro Spalatino, churfurstlichem Prediger und Capellan, meinem besondern gunstigen Herrn und Freund., — Die übrigen Varianten des Originals sind unbedeutend.

(Joachimsthal.) **Nr. 544.** (7. Juni 1522.)[1]

Johann Egranus an Luther.

(Fragment.)

Original: 1. Rathsschulbibliothek in Zwickau, B. 114; — gedruckt: 2. Kolde, Analect. S. 36. — Wir geben den Text nach 2, mit den Berichtigungen, welche Buchwald in den Beitr. z. sächs. Kgsch. IV, 163[4] dazu gibt.

Reverendo Patri Martino Luthero, verae theologiae antesignano, fratri suo in Christo charissimo.

S. Adventui tuo et quod iterum e tyrannis istis ereptus sis, gratulor vehementer. Terruerat nos rumor quidam, sed vanus omnino. In Vallem[2] *perveni et evangelium Christi Christo autore auspicatus sum, id quod felicius cedat, precor, quam apud Czwigneam; incipiebat illic Christum sapere vulgus, advenit Thomas*[3] *tuus (ut jactabat) et interturbavit omnia insanis suis et quiritationibus et dogmatibus, tanta fuit pertinacia et impudentia hominis, et*[a] *qui neque amicorum consiliis, neque Scripturarum autoritatibus obsequebatur, sed suo innixus spiritui meras factiones excitabat, homo ad schismata et haereses natus. Id mali in caput suum tandem cecidit*[b]*, et incidit in foveam, quam aliis perfoderat; turpiter enim aufugit*[4]*, ut moris est homini, non sine nota et infamia totius reipublicae alioqui celeberrimae. Habuit conspiratores suos e vulgo, sed alienatos facinorosos et seditiosos. Hos miris mediis*[c] *per confessiones et privata conventicula praecipue conciliavit sibi, reliquit post se reliquias, venena sua. Quiritantur adhuc quotidie cerdones illic contra concionatores, optimates et*[d] *sacerdotes omnes. Video*[e] *bestiam istam nescio quae mendacia spargere*[5] *in me passim, sed*

Digitized by Google

ferre cogor ista et solatur me[f] *conscientia et innocentia mea neque credo quemquam*[g] *bonum et eruditum fidem habere homini mendacissimo . . . . .*[h]

[a] et fehlt. — [b] tamen recidit. — [c] modis. — [d] optimates et fehlt. — [e] Audio. — [f] solatium (pro) me. — [g] quemcumque. — [h] Der Rest ist abgerissen.

[1] Der Originalbrief hat auf der Rückseite von anderer Hand die Worte: Joachimica in vigilia Penthecostes. Egranus. Das Jahr des Briefs ergibt sich aus dem Anfang desselben, wo von Luthers Rückkehr die Rede ist.

[2] Egranus, dem es schon 1519 nicht mehr recht in Zwickau gefiel (vgl. Nr. 144) und der 1520 eine Reise nach Süddeutschland gemacht hatte (vgl. Nr. 318, Note 3), kam nach seiner Rückkehr mit dem unterdessen nach Zwickau berufenen Münzer in Streit, vor dem er im Frühjahr 1521 wich und sich nach Joachimsthal begab (vgl. Seidemann, Münzer, S. 12.) — [3] Münzer.

[4] Ueber die Gründe, welche Münzers Weggang von Zwickau Ende April 1521 veranlaßten, s. Seidemann 12 ff. Er begab sich zuerst in seine Heimath Stolberg und dann nach Böhmen, wo er bis Ende 1521 in Prag verweilte (vgl. Czerwenka, Gsch. der ev. Kirche in Böhmen, II, 160) und dann nach Nordhausen ging, wo er sich noch befand, als unser Brief geschrieben wurde (vgl. Seidem. 21). Das turpiter im Text geht wohl auf die üblen, aber nicht begründeten (vgl. Seidem. 14) Nachreden, welche Münzern in Zwickau gemacht wurden.

[5] Bezieht sich das auf die Propositiones probi viri d. Egrani (Seidem. 115), von denen mehrere gegen die „Martinianer" gehen, die jedoch Seidem. (S. 116**) geneigt ist, für ein Machwerk Münzer's zu halten, „so jedoch, daß darin mehr Wahrheit, als Ironie"?

Wittenberg. Nr. 545. 11. Juni 1522.

Luther an Joh. Lang in Erfurt.

Drucke: 1. Aurif. II, 70[b]; 2. de Wette II, 207. — Deutsch: Walch XXI, 791. — Wir geben den Text nach 2.

Gratia et pax in Christo. Quamquam non haberem quod scriberem, exegit tamen hic Schotus[1] literas et extorsit, ne vacuus veniret ad vos. Hoc autem rogo, quod et antea rogavi, ut instantibus et fidelibus orationibus juvetis evangelion. Satanas enim ubique irascitur fortiter nimis, praesertim in inferioribus partibus terrae[2], ubi [illegible]

Digitized by Google

datum est regnum super nos. Jacobus Spreng denuo captus et ductus est[3], quod contra palinodiam suam locutus est et scripserit; Dominus confortet eum! Multi valde inscripti sunt ex Haga Comitis,[4] ut plectantur et damnentur. Ferdinandum ajunt duos ducatus suos impensurum esse, dixisse, ut hanc haeresin opprimat. Vale et saluta nostros omnes. Wittembergae, feria 4. Pentecostes 1522.

Melchior Mirisch[5] est executor Caesaris contra nostros de ordine Augustini, sanctus ille theologus.

Martinus Lutherus.

[1] vgl. Nr. 400. — [2] = Niederlande. — [3] vgl. Nr. 542, Note 1. — [4] In das Staatsgefängniß in Haag wurden die der Ketzerei Beschuldigten abgeliefert; vgl. Hoop-Scheffer 145. 221. — [5] vgl. Nr. 509.

(Wittenberg.) Nr. 546. 13. Juni 1522.

Luther an Paul Speratus[1] in Iglau.

Handschriftlich: 1. Cod. Solger. in Dresden C. 351, Bl. 74[b] (alt 380[b]); — gedruckt: 2. Aurif. II, 71; 3. de Wette II, 208. — Deutsch: Walch XXI, 792. — Wir geben den Text nach 1.

Optima spe et fide viro D. Paulo Sperato, servo Christi in Moravis evangelizanti verbum, in Domino fratri.[a]

Gratia et pax in Christo. Accepi literas tuas cum quaestiunculis, simul et literas Herae Juliae[b] a Stauffen,[2] in quibus legi, quae placuerunt, esse scilicet evangelion fructiferum in terra, quod Caesariani satellites, sophistae, incredibili furia persequuntur in partibus inferioribus.[3] Dedit autem illis Deus fatale signum, si forte resipiscant et poeniteant. Appulit enim apud Harlem[c] bellua marina, quam cetum vocant, septuaginta pedum longitudine et triginta quinque latitudine. Hoc monstrum habent ex antiquis exemplis pro certo irae signo: Dominus misereatur eorum et nostri.

Ad quaestiones autem Vualdensium,[4] quas ad

Digitized by Google

me per eorum legatos dedisti, ita respondeo. In primis, quod velim ejusmodi quaestiones e medio tolli et opprimi, quantum fieri posset: sunt enim inutiles et periculosae in vulgo, quod sua ruditate et levitate facile ab his, quae necessaria sunt, nempe a fide et charitate, ruit in ista nova et[d] rara et peregrina. Estque ista Sathanae astutia, ut iis initiis viam sibi paret ad corrumpendam simplicitatem Christi, et introducat quaestiones, ut Paulus[5] ait, interminatas. Sic fecit, dum philosophiam in totum orbem et ceremonias invexit, nullis resistentibus episcopis et pro fidei libertate et sinceritate stantibus. Sic modo apud nos de cultu Sanctorum et de sensu Sanctorum in coelo cavillatur, cui nos meditamur occurrere, quantum Dominus dederit. Sic procul dubio Vualdensibus[e] fratribus quoque accidit. Tu igitur sic facito, urge, insta, exige ea quae necessaria sunt, scilicet fidem et charitatem, quae si non antea amplectantur, detestare eorum levitatem circa alia externa et non necessaria sese occupantem. Neque enim ipsum sacramentum adeo[f] necessarium est, ut ob ipsum fides et charitas sint omittendae. Stultum est in vilibus illis digladiari, neglectis pretiosis illis et salutaribus.

Tamen ne importunis et stultis non posse responderi putent, sic dicerem: liberum est, Christum adorare et invocare[g] sub sacramento, neque enim peccat, qui non adorat, neque peccat, qui adorat. Hic esto finis hujus contentionis, nec permittas alterutram partem cogi et exigi, neve quis adducat vel praeputium vel circumcisionem, neve se invicem hic judicent. Tu ergo contemne, et per contemptum damna talem in hac re contentionem. Ubi fides et charitas fuerit, hic peccari non potest, neque adorando neque non adorando; ubi autem fides et charitas non fuerit, nunquam non[h] peccabit ullus, sive adorando sive non adorando, imo nunquam non in totum vivendo peccabit. Fides enim

Digitized by Google

sic adorat, quod illum solum sibi proponit, cujus ibi corpus et sanguinem esse non dubitat. Id[1] si illi contentiosi nolint Concomitantiam dicere, dicant aliter, et desinant contendere, cum in re ipsa conveniant. Nemo enim negat, nec fratres ipsi puto, corpus et sanguinem Christi ibi esse, qui adorandus est. Hoc sufficit concomitantiam dici. Qui vero scrutari volent, quomodo deitas ibi comprehendatur concomitanter, hos argue ut stulte curiosos et carnalibus phantasmatibus in mysteria Dei ruentes, quo eos serves in simplicitate fidei et in pura sacramenti cognitione. Nam ubi talia phantasmata stulta et non necessaria admissa fuerint, curiosos reddent, et posthabita fide, omnem illam sentinam de loco infinito, vacuo, quantitate, substantia, et quicquid ratio naturalis et philosophia hactenus insaniit, advehent, quare hic pro simplicitate vigilandum est. Rursus fides et charitas non adorat, quia scit non esse mandatum adorare, nec peccare[k] non adorando. Sic in libertate per medium illorum transit, et omnes concordat, sinens unumquemque suo sensu abundare; tantum[l] ne disceptent, et invicem sese judicent, prohibet, sectas enim et schismata odit, omnia autem[m] libera habet.

Sic et[n] ista contentio absolvenda est, an sub pane solum corpus virtute verborum sit etc. Quid enim, ut tu ipse judicas, opus est rude vulgus his argutiis implicare, quod interim potest hac sana et tuta fide dirigi, scilicet quod credat, sub pane esse corpus illius, qui est verus deus et verus homo. Quomodo autem concomitanter ibi sanguis, humanitas, deitas,[o] pili, ossa, cutis sint, cum non sint necessaria sciri, quid opus est fatigari? Fides[p] his rebus[q] neque docetur neque augetur, sed scrupuli seruntur et dissensiones. Fides non vult plus nosse, quam sub pane esse corpus Christi, sub vino sanguinem Christi viventis et regnantis; in hac simplicitate perseverat, contemptis quaestionibus curiosis.

Digitized by Google

Sic et illud solverem de adorando et invocando Deum in Sanctis habitantem, liberum esse et neutrum necessarium. Quamquam in hominibus plurimis non ita certum est habitare[r], quam certum est sub[s] sacramento esse: legimus autem 1 Cor. 14., quod apostolus dicit, infidelem in faciem casurum et adoraturum Deum in sanctis, si eos prophetantes audierit, et Abraham tres angelos vidit, et unum Dominum adoravit: et quid facimus, dum alius alium honore praevenimus (quo exemplo tu[t] uteris), quam quod Deum in nobis honoramus et adoramus? Esto ergo liberum invocare Deum, vel in homine, vel extra hominem, inter creaturam, vel extra creaturam, ‚quia[u] coelum et terram impleo ego,' dicit Dominus[6]. Tutissime hic ambulat fides, quae solum Deum in omnibus suspicit, infidelibus autem non potest satis dici, duci, probari, quia isti se ipsos adorant semper. Quare ut dixi, doce tantum, ut fide sani sint, et quaestionibus ejusmodi nihil erit opus, et unctio per sese eos erudiet in omnibus,[7] sine qua nihil facimus, nisi quod ad interminatas quaestiones ruimus[v].

Salutabis nomine meo Martinum Novilianum[8] multa in Christo salute. Herae Juliae scripsi, sed brevibus. Libelli de votis jam dudum distracti sunt, denuo excudi[9] jussimus; autores latoribus fuimus, ut quae[w] apud nos sunt, curarent afferri tibi. Tu in Christo vale, et pro me ora. Feria sexta Pentecostes 1522.[x]

Clausurus has literas denuo perlustrans[y] tuas, an omnibus satisfecissem, offendi chartulam, in qua de vi verborum quaeris in sacramento, quam vim tu tamen recte judicas ex promissione esse, si qua, ut tecum loquar, in verbis sit. Tu autem[z] etiam nosti, quod sola fides consecrat, et sacerdotes plu-ries[a] sine fide esse, dum consecrant, ubi neces[c] est, non modo jocose et dolose, sed et impie ver proferri. Ideo ut tuti simus, oportet nos omnit modis discere, quod etiam consecrant, et nihi

Digitized by Google

minus oportet sacerdotem ejusmodi infidelem, licet tamen ut ministrum, consecrare in fide ecclesiae, dum jussu et autoritate ecclesiae consecrat. Non enim ipse profert verba, sed ecclesia, minister autem est verborum ab ecclesia prolatorum,[b] ut tu[c] ex his facile plura colligere poteris. Iterum vale.

Martinus Luther.

[a] Adresse fehlt 3; Ad D. Paulum Speratum, servum Christi ac evangelisantem in Moravis 2. — [b] Argulae 2. 3. — [c] Horlen 2 3. — [d] et fehlt 2. 3. — [e] Vualdensium 1. — [f] ideo 2. 3. — [g] Tamen ne importunum responsum dem stultis, ne putent me non posse respondere, sic dico: liberum esse, Christum adorari et invocari 2. 3. — [h] non fehlt 2. 3. — [i] Hic 2. 3 — [k] peccari 2. 3. — [l] tamen 2. 3. — [m] aut 2. — [n] et fehlt 2. 3. — [o] humanitas Dei 1. — [p] † ex 2. 3. — [q] † et verbis 2. 3. — [r] dubitare 1. — [s] in 3. — [t] † quoque ad me scribens 2. 3. — [u] † et 2 3. — [v] imus 1. — [w] qui 1. — [x] 2. 3 haben hier die Unterschrift: Tuus Martinus Lutherus. — [y] perlustro 2. 3. — [z] vero 2. 3. — [a] plures 2. 3. — [b] probatorum. Tu tamen 2. 3.

[1] Ueber Speratus vgl. Nr. 525, Note 6. — de Wette beanstandet mit Unrecht in der Aurifaber'schen Ueberschrift (vgl. Note a) das in Moravis und vermuthet in jener Zeit Speratus in Franken oder sonst in Süddeutschland; daß er damals schon in Iglau in Mähren war, zeigt unwiderleglich außer unserer Adresse bereits Nr. 526, wie hätte er auch anderswo als in Mähren mit den Gesandten der Waldenser nach Wittenberg in so nahe Berührung kommen können?

[2] Luther irrt sich hier im Vornamen: es war die bekannte Argula von Staufen, geboren wahrscheinlich 1492 auf der Burg Ehrenfels in Baiern, verheirathet mit Friedrich v. Grumbach, 1530 Wittwe, gestorben 1554 in Zeilitzheim bei Schweinfurt. Ihre Anhänglichkeit an die neue Lehre bethätigte sie in mehreren Schriften (vgl. Weller, rep. typ. Nr. 2696—99; 3176—9), in denen sie sich aber Argula v. Staufen nannte, wahrscheinlich um ihren katholisch gebliebenen Mann nicht zu verletzen. Vgl. ihre Lebensbeschreibungen von Lipowsky, Engelhardt, Merz, Sixt (in Piper's evang. Kalender), Pistorius (bei Letzterem auch ihre Schriften, jedoch modernisiert und ungenau). — [3] = Niederlande.

[4] Die Waldenser sind die böhmischen Brüder, auch Pickarden genannt. Die Fragen waren dem Sper. von Benedikt Optatus (dem Verfasser der ersten böhm. Grammatik) vorgelegt worden, welche Sper. nebst seinem eigenen Urtheil Luthern durch die Abgesandten der Unität (vgl. Nr. 52[illegible], Note 3) zur Entscheidung zusandte. Vgl. Gindely, Gesch. der böhm. Br. I, 188; Cosack, Sper. 18. — Ueber ihre Abendmahlslehre vgl. Dieckhoff, ev. Abendmahlslehre im Refzeitalter. 1[illegible] I, 656; Köstlin[2] I, [illegible]; desselben Luthers Theologie II, 100. — Anderweitige Aeußerungen Luthers über die Waldenser s. Wrampelmeyer Nr. 1099—1100, 1197; Tischr. Nr. 1998—2001. — Nach Gindely l. c. wurde

Digitized by Google

Luthers wie Speratus' Antwort auf die gestellten Fragen in Mähren gedruckt und von dem Senior der Unität Lukas eine Gegenschrift veröffentlicht.

[5] 1 Tim. 1, 4. — [6] Jerem. 23, 24. — [7] vgl. 1 Joh. 2, 27.

[8] Martin Novilianus, gebürtig aus Winterberg in Böhmen, Lehrer an der Schule zu Iglau, dann Rathsglied, starb als Bürgermeister daselbst 1559. Auf seinen Tod erschien: Epicedion in Obitum clarissimi Viri M. Martini Nouiliani Vinterbergensis, Ciuis Iglensis, de patria optime meriti. Epitaphia aliquot a diuersis autoribus conscripta, in obitum ejusdem. Viennae Austriae, MDLIX. Vgl. Meusel's histor. Liter. 4. St. S. 325; Denis, Wiens Buchdruckergesch. 581; Förstemann in der Allg. Litztg. 1829, Sp. 32.

[9] De Votis Monasticis, Martini Lutheri iudicium a sese recognitum et auctum. Wittemb. ex Aedibus Johannis Grunenberg. 1522. (vgl. Panzer, Annal. IX, 82; opp. v. arg. VI, 237.)

Wittenberg. **Nr. 547.** 15. Juni 1522.

Luther an Claus Sturm, Bürgermeister von Magdeburg.

Storm (Sturm, vgl. über ihn Hülße, Einführung der Ref. in Magdeb., Magdeb. Gschblätter. 1883, 222 ff.) hatte in einem Schreiben an seine frühere Bekanntschaft mit Luther erinnert und sein Befremden zu erkennen gegeben, daß er die Großen (er meint wohl den Cardinal Albrecht von Mainz, Hülße 223) so hart antaste und schelte. Dagegen verantwortet sich L., indem er sagt, er habe lange genug vergeblich Geduld und Demuth angewandt, nun bediene er sich der Strenge und folge darin nur dem Beispiele Christi und der Propheten.

Gedruckt: Erl. 53, 137, Nr. 52, woselbst auch die andern Standorte.

---

[1] S. 138, Z. 2. Bei D. Moßhauer hatte Luther als Jüngling während seines Aufenthalts in Magdeburg gewohnt; vgl. Rahtmann, Gsch. Magdeb. III, 336.

[2] Z. 5. Hans Reinecke, ein Sohn des Mansfelder Bergvogts Peter R., später Hüttenmeister in Mansfeld, starb 15. Juli 1538 in Nordhausen im Hause seiner Tochter. Sein Schwiegersohn war Philipp Glüenspieß zu Mansfeld, seine Schwester Walpurgis (gest. 1548) mit dem Wittenberger Bürgermeister Ambros. Reuter verheirathet. Vgl. über ihn: Melanth. hist. de vita Lutheri; N. Mitthl. VIII, 1, 123.

[3] Z. 5. Nullbrüder oder Lollbrüder, Trolbrüder, Lollharden, sind die Brüder des gemeinsamen Lebens, welche seit 1488 in Magdeburg eine Niederlassung hatten, wenn auch vielleicht nicht eine selbständige Schulanstalt, sondern in einer städtischen Schule Unterricht ertheilten. Vgl. Seidemann in Niedner's Ztschr.

Digitized by Google

f. hist. Theol. 1860, 500; ders. im Sächs. Kirchen- und Schulbl. 1873, Sp. 45; Köstlin[2] I, 34; Erl. 29, 370. — nolbruder, stationarii et monachi terminarii, Pauli Olearii de fide concubinarum in Zarncke, die deutschen Univers. im Mittelalter. 102. (Burkhardt ad h. l.)

[4] Z. 12. dreimal] zu Cajetan, Miltitz u. nach Worms.

Wittenberg. Nr. 548. 26. Juni 1522.

Luther an Johann Lang in Erfurt.

Drucke: 1. Aurif. II, 74; 2. de Wette II, 213. — Deutsch: Walch XXI, 798. — Wir geben den Text nach 2.

Gratia et pax in Christo, Amen. Esse apud vos, qui evangelio resistant[a] et populos vi et astu avellant, nihil mirari debes, si evangelion vere evangelion esse credis. ‚Impii enim homines proficient in pejus fallentes et falsi', ait Paulus[1]. Usingense caput[2] scis inveterata pertinacia et opinione sui esse induratum, ut adamanta superet. Proinde sic contra ejus insanias docendum est, ut ejus rudissima et caecissima inflatura contemnatur. Sic enim ab ineunte aetate consuevit nulli cedere sensu. Unde nec spes est, ut Christo cedat, jam usu et arte usitatus et insignitus ad duritiam. Sine ut proverbium roboret, quo dicitur: Alter hilft für kein Thorheit, et pendet ipse ab autoritate senii et fatuitatis. Caeterum mea sententia est, liberum esse judicialia et ceremonialia Mosi servare, sicut et Philippus in suis locis sentit.[3] Non enim necessarium est adulteros lapidari etc., quos gladio vel quovis alio licet puniri. Epistolam ad vos meditor,[4] et veniet statim, si Christus volet. Georgiani in Misnia superant vestros in virulentia, insania et furia, longissimo intervallo. Jactant libellum Regis Angliae[5], sed Leum[6] illum suspicor sub pelle tectum[b]. Caesar eum[c] pro sua sapientia inspiratus suo diabolo Glapione[7] Minorita a confessione, superbissimo et minoritissimo monacho, commendavit Mori[illegible] Egmundensi[d][8] et aliis

sophistis in partibus inferioribus. Et ii accepta tyrannide incredibiliter saeviunt: Jacobum[9] denuo captum habent, et jam cum aliquibus exustum credimus, aut certissime exurendum; alios urbibus expellunt, et insignibus contumeliis afficiunt. Idem de nobis speramus, praesertim cum fama sit fortis, et Caesarem et Papam Nurnbergam conventuros, ut impleant idola ista duo, quod Christus vult, nempe ut sui ipsius regni finem faciant, et novissimum faciant. Oremus ergo Christum, ut vel eos convertat, vel furorem suum augeant, quo statim pereant. Ego Satanam et Satanae squamas non cessabo provocare et irritare, ut suis sese dentibus conficiant. Saluta omnes nostros ac vale. Vittembergae, 1522, feria 5. octava Corporis Christi.

T. Martinus Lutherus.

De Hesso[10] aliter sentimus, quam tu scribis; argumento sunt ejus duae epistolae ad nos.

[a] resistunt 1. — [b] nach der Vermuthung Beesenmeyer's; 1: tactum. — [c] nach der Vermuthung Beesenmeyer's; 1: Caesarem. — [d] Egmontensi 2.

[1] 2 Tim. 3, 13, jedoch nicht nach der Vulg. citirt. — [2] vgl. Nr. 537, Note 7. — [3] CR. XXI, 197 ff. — [4] vgl. Nr. 537.

[5] Assertio septem sacramentorum adversus Martinum Lutherum edita ab invictissimo Angliae et Franciae rege et domino Hyberniae Heinrico ejus nominis octavo etc. — Erste Ausg.: Londini ap. Pynson 1521 (cf. Luther exhibition, Lond. 1883, p. 15). — Vgl. de Grassi, il diario di Leone X. ed. Armellini, Rom. 1884, p. 87: Die mercurii, secunda octobris (1521) ... Orator Angliae in conspectu Papae genuflexus, proposuit nomine sui regis quemdam libellum compositum tam a rege quam a suis regiis consiliariis super nullitatibus conclusionum Martini Lutheri, qui scripserat contra Papam. Nach der Note Armellini's p. 127 befindet sich das Manuscript noch in der Vatikanischen Bibliothek.

[6] vgl. Nr. 284, Note 6; Lee war Caplan Heinrichs VIII. Im Folgenden Wortspiel mit leo.

[7] Ueber Glapio, den kaiserlichen Beichtvater, und dessen nicht unverdächtige Vermittelungsversuche auf dem Wormser Reichs vgl. Ranke[5] I, 332; Kalkoff, Aleander-Depesch. 106 u. Ueber seinen Charakter: Hutten, expostulatio cum Er (1523), und noch schärfer in seiner deutschen Uebersetzung II, 210): „Wenn du aber mich fraa[illegible] Meinung Glapion sei, ist dieß mein Antwor[illegible]

Digitized by Google

felten Boswicht nie erkannt noch gesehen hab, der geschickter und gewapter (instructus) zu aller Buberei wäre, dann dieser, der allen Hypocriten und Gleisnern mit Lügen, Trügen, Schmeichlen und Heucheln mehr uberlegen, dem alle Gliedmaß, gleich aus Vorsatz, von Natur zu betrügen geben und vermuth sein. Zum ersten ein giftig uberaus verlogen Maul, hürische Augen, ein unverschampte ehrgeizige Stimme [lat. Text: frons], diebische Fäuste, ein rechten betriegerischen heuchlerischen Gang, endlich Kopf, Füße, Hand und Haar, alles nach eines Grundschalkes und Verführers Liniamenten formiret" ꝛc. — Aehnlich schon 1521 Eberlin von Günzburg im „ersten Bundtsgenoß". — Euricius Cordus in einem Epigramm (opp. p. 211) sagt von ihm: Caesar Caesaris ille fuit.

[8] nicht Hochstraten, wie de Wette meint, sondern Nikolaus von Egmond, ein Karmeliter und Löwener Theologe, Feind des Erasmus (vgl. über ihn Heß, Leben des Erasm. I, 299; Steitz, Nesen, in d. Arch. f. Frkf. Gsch. N. F. VI, 66), den sich nebst dem Jak. Latomus der Ketzerrichter van der Hulst auf Anordnung des Kaisers als Beiräthe zulegte. Erasmus schreibt an Petr. Barbirius darüber (epp. ed. Cleric. p. 741, Nr. 644): [Caesar] si fuisset satis edoctus de toto negotio, non commisisset rem tanti momenti homini fatuo et furioso Egmondano et collegae alteri, huic simillimo etc. Vgl. Hoop-Scheffer 136 f. Bei dieser Ketzerverfolgung fand übrigens Egm. seinen Tod. Mich. Humelberg an Zwingli 26. Aug. 1522 (Zw. opp. VII, 219): Egmundanus Lovaniensis theologista cum alio quodam ejusdem farinae sycophanta dignas factis suis poenas exsolverunt: dum enim Lutheranos Caesareis diplomatis adjuti per Brabantiam persecuti essent, apud Hollandos necati sunt.

[9] Probst; vgl. Nr. 545.

[10] nicht der Breslauer Johann Hessus, auf den Seidemann im Register zu de Wette VI, 667 ad v. unsere Stelle bezieht, sondern der Erfurter Dichter Eoban Hessus ist gemeint, über den Lang nach Wittenberg gehässige Berichte sandte und ihn des Einverständnisses mit den Widersachern des Evangeliums beschuldigte, bis Eoban ihn im folgenden Jahre darüber brieflich zur Rede stellte (epp. famil. p. 219) und fortan allen Verkehr mit ihm abbrach. Vgl. Kampschulte, Erfurt II, 185; Krause, Eob. Hess., I, 353. 386. Die von Luther erwähnten zwei Briefe fehlen.

Wittenberg. **Nr. 549.** 27. Juni 1522.

Luther an Staupitz.

Handschriftlich: 1. Cod. Gothan. 451; — Drucke: 2. Aurif. II, 75; 3. Seckend. lb. I, §. 37, add. II, p. 48 (e bibliotheca Bern. Bertrami, Cancellarii Altenburgensis; = 1?); 4. de Wette II, 214. — Deutsch: Walch XV, 735. — Wir geben den Text nach 4, der mit 2 übereinstimmt, und die Varianten von 3.

Digitized by Google

D. Joanni Staupitio, Ecclesiasti Salzburgensi.

Gratia et pax in Christo, Amen.[a] Reverende et optime Pater, de abbatia tua non tam ex Prioris Norinbergensis[1] literis[b], quam ex vulgata fama audivi, ita constanter asserente, ut nisi tuas[c] vidissem literas, credere coactus fuissem. Eadem puto via et ratione et ad vos deferri mendacia de nobis. Et quamquam nec ego velim Dei voluntati[d] subtrahi, tamen pro mea ruditate plane nondum capio, si voluntas Dei esse possit[e], ut abbas fieres, neque mihi consultum videtur;[2] verum tuo spiritui neque reluctator[f] neque judex esse volo. Unum autem oro te per viscera Christi, ne facile credas delatoribus nostris, sive adversus Wenceslaum,[3] sive erga me. Nam quod tu scribis, mea jactari ab iis, qui lupanaria colunt, et multa scandala ex recentioribus scriptis meis orta, neque miror neque metuo. Certe nos hic egimus et agimus, ut sine tumultu purum verbum publicemus apud homines, quo et boni et mali utantur, scis, quam non sit in nostra potestate. Nam caelibatum istum immundum[g], tum missarum impietatem, et religionum tyrannidem, et[h] quicquid per homines invectum et adversus sanam doctrinam erectum est, proposuimus persequi verbo, facturi quod Christus praedixit,[4] angelos suos collecturos de regno suo omnia scandala. Destruendum est mihi[i], mi Pater, regnum illud abominationis et perditionis[k] Papae, cum toto corpore suo. Atque id agit jam sine nobis, sine manu, solo verbo; finis ejus venit coram Domino. Res est supra captum et sensum nostrum, ideo[l] non est, quod morer,[m] cum quis possit:[5] itaque[n] dignissimum est[o] pro magnitudine Dei[p] magnos animorum motus, magna scandala, magna portenta oriri. Non turbent te, mi Pater, haec omnia; ego bene spero. Consilium Dei in his rebus vides, et manum ejus magnam. Memento, quam ab initio mea causa semper formidolosa et intolerabilis visa

Digitized by Google

est[q] mundo, et tamen de die in diem praevaluit. Praevalebit et hoc, quod[r] tu male metuis modo; sustine parumper, Satanas sentit vulnus suum, ideo sic furit et miscet omnia. Sed Christus, qui coepit, conteret eum, frustra renitentibus omnibus portis inferi. Jacobus, Prior Antverpiensis, denuo captus est, et praesumitur jam exustus esse, et alii duo cum eo.[6] Nam certum fuit, eum occidendum fuisse ob damnatam suam revocationem. Sophistae properant ad perditionem sui, quae veniet eis propter sanguinem innocentem, quem fundunt, Amen. De me quoque exurendo consultatur[7], at ego indies magis provoco Satanam et suas squamas, ut acceleretur dies ille Christi destructurus Antichristum istum. Bene vale, mi Pater, et ora pro me. Salutat te D. Hieronymus[8], Amsdorf[9] Rector et Philippus. Wenceslaum volo apud te excusatum. Bonus vir est et dextre tractat evangelium, hoc est, scandalum sanctorum et sapientum. Wittembergae, feria 6. post octavam Corporis Christi[16] 1522.

Tuus Martinus Lutherus.

[a] Gratia etc. fehlt B. — [b] literis fehlt B. — [c] tuas fehlt B. — [d] † te 1. B. [e] † posset B. — [f] neque reluctator fehlt B. — [g] jucundum 1. B. — [h] et fehlt B. — [i] mihi fehlt B. — [k] abominationes et perditiones B. — [l] ideoque B. — [m] mirer B. — [n] atque 1. — [o] cum quis etc. fehlt B. — [p] rei 1. B. — [q] sit B. — [r] quem B.

[1] Wolfgang Volpracht (nicht Link, wie Seckend. angibt), welcher mit den Pröbsten Georg Peßler zu St. Sebald und Hektor Pömer zu St. Lorenz 1524 die Messe abschaffte.

[2] Luthers Warnung, nicht Abt zu werden, kam zu spät an. Schon am 26. April hatte Staupitz von der Pönitentiaria in Rom den Dispens zum Ordenswechsel erhalten; am 1. August trat er in den Benediktinerorden ein und am 2. wählte ihn der Convent einstimmig zu seinem Abt (von St. Peter in Salzburg); am 6. wurde er als Johannes VI. investirt. Vgl. Kolde, Augustinercongr. 333 f. — [3] Link. — [4] Matth. 13, 41.

[5] de Wette: „Bei Walch ist dieß übersetzt: ‚darum ich nicht frage, mit wem (oder durch wen) er solches könne'; allein das ist schwerlich der Sinn, vielleicht: ‚wenn jemand es begreifen kann' d. h. zu können meint." Allein die von de W. nicht verstandenen Worte bedeuten: „warten, bis Jemand sie zu fassen vermöge." Vgl. Köstlin[2] I. 813 zu S. 685.

[6] vgl. Nr. 548, Note 9. — [7] Bereits Mai 1522

Digitized by Google

waren Luthers Schriften zu Antwerpen verbrannt worden, nachdem dieß am 13. Juli 1521 zum erstenmal geschehen. Hoop-Scheffer 114. Doch vgl. Nr. 551. — [8] Schurf. — [9] de Wette hat hier fälschlich ein Komma, Amsdorf war Sommersemester 1522 selbst Rector.

[10] de Wette datirt diesen Brief 27. Juni oder 4. Juli, aber es kann nur der 27. Juni sein.

Schloß Oels. **Nr. 550.** 29. Juni 1522.

Herzog Karl von Münsterberg[1] an Luther[2].

Drucke: 1. Luther's Werke, Wittenb. IX, 154; 2. Jen. II, 126; 3. Altenb. II, 186; 4. Leipz. XVIII, 317; 5. Walch XXI, 123*; 6. Rosenberg, schles. Kgsch. S. 387; 7. Aelurius, Glaciographia p. 491; 8. Fuchs, Ref.- und Kgsch. des Fürstenthums Oels, S. 529. — Wir geben den Text nach 1, woraus auch 2—8 den Brief entlehnt haben.

Von Gottes Gnaden Karl, des heiligen Römischen Reichs Fürst, Herzog zu Münsterberg in Schlesien, zur Olsen, Grafe zu Glatz, Herr von Cunstadt und Podiprad ꝛc., des Marggrafenthums Oberlausitz Röm. Maj. Statthalter.

Wirdiger und andächtiger Vater! Wir haben unter andern euern christlichen Schriften und Lehren nicht für der geringsten, sondern wichtigsten Stück eins angesehen, so dem heiligen Evangelio gemäß ist, das heilige Testament unsers Seligmachers Christi gänzlich, als unter beider Gestalt zu empfahen und nießen. Und wiewohl wir unserm geringen Verstand nach auch vor dieser Zeit allweg mehr Glaubens geben dem Wort Christi, denn der Verleitung des päpstlichen Stuhels gefolget, so sind wir doch umb hohes Titels, Namens und Gewalts willen Päpstlicher Heiligkeit darin kleinmüthig und mit Andern ohne Licht gewest, bis durch euch die Wahrheit unsers Seligmachers Christi an Tag gebracht, sein Evangelium herfürgezogen und den papistischen Pracht mit evangelischer Lehre verlegt, dadurch wir ein Muth geschöpft, Trost und Stärkung genommen und damit zu unser fürgenommen Meinung kehren.[3]

Und daß ihr, christlicher Vater! unsers Herzen obliegende Beschwerung erkennen und vernehmen möget, so wöllen wir

Digitized by Google

bei euch nicht prachtlich oder nach Ubung fürstlichs Stands, sondern als bei unserm Bruder dieselben klagender Weise fürgewandt haben, mit dieser Vermeldung, daß etwa der durchleuchtigst Fürst, König Georg zu Behmen, löblicher Gedächtniß, unser lieber Herr und Ahnherr, allein aus dieser Ursachen, daß er dem theuren Wort Christi nach sein heiliges Testament gänzlich, unter beider Gestalt zu empfahen bekannt, darauf auch also bis zum tödtlichen Abgang beständiglich in demselben Brauch verharret, vom päpstlichem Stuhel bis in die vierte Generation vermaledeit, und noch immer bisher von demselben, der sich ein Statthalter Christi rühmet, mit der Bulla Coenae Domini als ein Häuptketzer ausgerufen wird. So wir nu zu rechter erkannter Wahrheit kommen, daß auch das Haus Münsterberg solchen Nachtheil wider Gott, Ehre und Recht uber sich so lange Zeit hat erdulden sollen, das wöllen wir euch, andächtiger Vater! zu beherzigen anheimgestallt haben.

Und das noch mehr ist: so hat auch der Papst unserm hochgedachten Herrn und Ahnherrn, König Georgen, nicht den wenigsten Theil mit Bannen und Lossagung ihrer Eide und Pflichte abgezogen und entwandt, und was Ubels bei Vielen daraus erfolget, ist am Tage und landrüchtig. Achten es auch wohl dafür, wirdiger Vater! daß ihr, als der viel solcher ergangenen Geschicht Erfahrung habt, tragt auch davon gut Wissen.

Derhalben wir also umb der Ehre Christi willen, zu Erhaltung seines heiligen Worts, zu Trost unser Gewissen, zu Dämpfung obliegendes Nachtheils des Hauses Münsterberg, und Schutzwehr unser und unser Erben fürstlicher Wirde, wöllen wir an euch unser emsig Begierd gelegt haben, auch bittende, ihr wöllet dieß christlich, und dagegen das päpstlich Geschäft, wie es hierin mit kurzen Worten gedeutet, zu eurem christlichen Gemüth fassen, klärlich und baß mit euren Schriften verneuen, ausstreichen und zum Licht kommen lassen, sofern solchs euer Eid und Pflicht, mit dem ihr der heiligen Schrift zugethan, neben dem Evangelio erheischen und fodern werden, damit also bei gemeinem Volk dieser böser Wahn unsers Herrn und Ahnherrn halben möge durch solche evangelische Vollführunge hintan gesatzt werden, und wir hernach und unser Erben dester tröstlicher und müthiger, ohne beißende Gewissen, der papistischen Vermaledeiung und Ausrufung in unserm Herzen zu widerstehen haben.

Digitized by Google

Allein unser Meinung wäre, daß unser Person in denselben euern Schriften, so ihr möcht ausgehen lassen, als wäre es aus unser Anreizung geschehen, nicht gemeldet würden, umb beweglicher Ursachen willen[4], die wir hernach erzählen möchten, wo der allmächtig Gott dermaleins unser Zusammenkunft schicken wollt, zu der wir trachten, geneigt und heiß begierig sind.

Und wiewohl wir euer Person, wie itzt denn gewähnet, nicht Kundschaft haben, doch sind wir des Versehens und beständigen Glaubens, ihr werdet eure christliche Liebe, Treu und schuldig Ampt, Christo und seinem Wort zu Ehren und unserm Gewissen zu Erfrischung, dermaßen erzeigen und beweisen, damit wir abzunehmen haben, daß dieß unser ziemlich und gebührlich Ansuchen nicht unfruchtbar ersprossen, sondern mehr wirklich Statt gewonnen und erhalten.

Damit wollen wir uns euch in euer Gebet treulich befohlen haben, sonderlich hinan gehangen, daß der barmherzig Gott aller Oberkeit wolle rechten Verstand und Sinn geben, ihre zeitlich Regierung zur Seligkeit gemeiner Christenheit in Fried und Eintracht zu halten und zu gebrauchen. Gegeben auf unserm Schloß zur Olsen, am 29. Junii Anno Domini 1522.

* So ist wohl statt „verheißen" zu lesen.

[1] Herzog Karl I. von Münsterberg, ein Enkel des hussitischen Königs Georg Podiebrad von Böhmen, geboren 4. Mai 1476 zu Glatz, gestorben 21. Mai 1536 zu Frankenstein. Er war von Anfang der Reformation nicht feindlich, der Breslauer Johann Heß war Erzieher seiner Söhne, und durch ihn stand er mit Luther in Correspondenz (vgl. Nr. 499. 500. 505). Aber von Natur schwankend, riß ihn die 1524 in Böhmen, dessen Verweser er war, eintretende Reaction gegen das Lutherthum mit fort und suchte er nunmehr dem Eindringen desselben in sein Land zu wehren und nahm an den Ceremonien der katholischen Kirche, z. B. den Processionen, mit einer gewissen Ostentation theil. Vgl. über ihn und seine Stellung zur Reformation insonderheit: Schimmelpfennig, Herzog Karl I. von Münsterberg-Oels ꝛc. (Ztschr. des V. f. Gsch. Schles. Bd. 18, 126 ff.). „Große Sorge hatte er um die Seele seines Großvaters, der er gern zur Seligkeit im Himmel wie auf Erden (durch Aufhebung des päpstlichen Bannfluches) verholfen hätte; er berieth sich deßhalb oft nicht nur mit dem päpstlichen Legaten in Ofen, sondern auch mit Dr. M. Luther." Palacky, Gesch. Böhmens V, 2, 500.

[2] Respondisse se Duci Lutherus ipse refert, sed exemplum literarum nondum vidi. Seckend. lb. I, p. 224. Worauf Seckend. sich bei dieser Angabe stützt, ist mir nicht erfindlich;

Digitized by Google

meint er die Worte: Duci Carolo scripsi im Brief vom 30. März, Nr. 505?

[3] „Wir würden irren, wollten wir annehmen, Herzog Karl habe das Bedürfniß empfunden, das Abendmahl unter beider Gestalt zu empfangen. Die Enkel König Georgs hatten, wiewohl als Utraquisten erzogen, ihren Frieden mit Rom schon längst gemacht, und waren vom Kelch abgefallen. (Vgl. Palacky V, 2, 26.) Specielle Familieninteressen sind es, welche den Herzog zu dem Brief veranlaßten, woraus er, wie sich aus dem Folgenden ergibt, auch gar keinen Hehl macht." (Schimmelpf. S. 128.)

[4] Diese beweglichen Ursachen sind offenbar die Rücksichten, welche ihm seine Stellung gegen König Ludwig von Böhmen auferlegte, der wenige Monate vorher, am hl. Christabend 1521, ein strenges Mandat an die schlesischen Stände erlassen, die lutherische Lehre nicht einwurzeln zu lassen, sondern auszulöschen ꝛc. (Schimmelpf. 129.)

Wittenberg. **Nr. 551.** 30. Juni 1522.

Luther an Nic. Hausmann in Zwickau.

Original: **1.** anhalt. Ges.-Archiv, Hausm. Briefe Nr. 5; — handschriftlich: **2.** Francisc. in Zerbst Ms. 26. f. 7[b]; — Drucke: **3.** Aurif. II, 79[b]; **4.** de Wette II, 218 (nach 3; datiert: Anfang Julius); **5.** Lindner in den Theol. Stud. u. Krit. 1835, 341 (nach 1); **6.** (nochmals) de Wette-Seidemann VI, 36 (nach 5). — Deutsch: Walch XXI, 805. — Wir geben den Text nach 1.

Sacro et pio viro Domino Nicolao Haussman, Episcopo Ecclesiae Cygneae candido et fideli, suo in Christo fratri.[a]

Gratia et pax in Christo. Virum hunc (ut nosti), evangelii hyperaspisten, nolui ad vos inanem redire, optime Johannes[b 1], quo me iterum tuis orationibus commendarem, cum aliud non haberem, quod scriberem. Ajunt vero, Principes consultare in caput meum et nostrorum[2].

Jacobus, Prior ille Antwerpiensis, qui revocarat antea, denuo captus Bruxellam ductus est, ob damnatam[c] a se revocationem, multis [illegible] tibus ad nos, jam quoque exustum esse. [illegible] sophistae illic incredibili [illegible] stultus stultis rem co[illegible] postea resipiscunt, et [illegible]

Digitized by Google

perant impii tyranni ad finem suum, provocando Christum et adventum ejus.

Saluta verbi ministros, qui tecum sunt, et Protoconsules ambos cum suis et quaestorem. Et tu bene vale in Christo. Vittembergae, die commemorationis Pauli 1522.[e] Mart. Luther.

[a] Bei 3 und 4 bloß: D. Nicolao Hausmanno, Episcopo in Cygnea. — [b] Nicolae 3. 4; 6 auch Johannes, aber mit einem [?]; jedoch 1 und ebenso 2 haben ganz deutlich Johannes. — [c] damnatum 1. 2. 5; auch 6 mit der Bemerkung: „So soll die Urschrift haben". — [d] Et fehlt 5. 6. — [e] 3. 4 bloß: anno MDXXII.

[1] Luther hat sich schwerlich hier im Vornamen geirrt, da die von Luthers Hand geschriebene Adresse den richtigen Vornamen hat; er will ihn wohl seinem Charakter nach als eine „Johannesnatur" bezeichnen. — [2] vgl. Nr. 549.

[3] Probst wurde bekanntlich nicht verbrannt, sondern es gelang ihm, zu entfliehen. — [4] vgl. Nr. 548.

(Haag in Holland.) Nr. 552. (Sommer 1522?)

Kornelis Hendriks Hoen[1] an Luther.

Setzt Luthern seine Abendmahlslehre, mit der spätern Zwinglischen übereinstimmend, auseinander.

Erster Druck: 1. EPISTOLA | CHRISTIANA ADMODVM | ab annis quatuor ad quendam, apud quem o- | mne iudicium sacræ scripturæ fuit, ex Bathauis | missa, sed spreta, longe aliter tractans cœ- | nam dominicam quàm hactenus tracta- | ta est, ad calcem quibusdam adie- | ctis Christiano homini p[er] necef- | sarijs, præsertim [sic!] his pe- | riculosis temporibus. || 1. Corinth. 11. | Non potestis Cœnam dominicam manducare quod | unusquisq; propriam cœnam occupat in edendo. — 1 Bg. in 8., letztes Blatt leer. — s. l. et a. (Zürich bei Christoph Froschouer, 1525.) — Herausgeber ist Zwingli.

Gedruckt: 2. Gerdesius, Monumenta antiquitatis. T. I, p. 231. — Wir geben den Text nach 1 und die Varianten von 2.

Dominus noster Jesus Christus multotiens suis remissionem[a] peccatorum promittens, volensque in ultima coena suorum animos confirmare, pignus promissioni addidit, ne aliquo modo vacillarent; quemadmodum sponsus, qui cupit suam sponsam certam reddere, ne quo modo dubitet, dat ei annulum, di-

Digitized by Google

cens: Accipe, do me ipsum tibi; illa annulum accipiens, sponsum credit esse suum, ac animum ab omnibus avertit amatoribus et suo ut placeat marito, cogitat. Similiter sumens eucharistiam, pignus sponsi sui, qui se ipsum dare testatur, firmiter credere debet, Christum jam esse suum, pro se traditum atque sanguinem ejus[b] pro se fusum: quare animum ab omnibus avertet, quae prius amare solet, et soli Christo inhaerebit, quaerens, quae placita sunt ei semper, pro se autem nihil magis sollicitus erit, sed omnem curam rejiciet in Christum, quem suum credit, atque eum solum abunde satis esse sibi ad omnia. Hoc est vere Christum manducare et sanguinem ejus bibere, ut ait Salvator Joan. 6: ‚Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem, in me manet et ego in eo.' Qui vero sine hac fide eucharistiam sumunt, manna Judaeorum potius quam Christum videntur manducare. Hujus tamen vivacissimae fidei Scholastici Romani non meminerunt, sed aliam quandam mortuam diligenter docuisse putabant esse satis, cum dicerent, panem post consecrationem verum Christi corpus esse, et de modo, quo hoc fiat, multa subtilia, nullis Scripturis probata. Sed fides illa, cum historica sit, clarum est, quod justificare non possit; an autem temere accepta damnari non possit, videamus. Cernimus enim, per hanc panem consecratum adorari et modis omnibus honorari pro Deo, qui si Deus non est, rogo, quantum ab illis ethnicis, qui ligna et lapides coluerunt, distamus? putabant enim illis numen inesse, quod non erat, nec lapides voluissent adorasse, nisi prius illos temerarii Deos esse credidissent.

At dicet[c] *quis: nos verbum Dei habemus, dicentis: Hoc est corpus meum. — Verum est, verbum Domini habetis, et similiter habuistis, quod pro tyrannide faceret Romana, scilicet: quodcunque ligaveris*[2] *etc.; sed illud diligentius excussum, inventum est nihil pro tyrannide facere. Quare item praesentia discutiamus, ne nobis duces coecos sequentibus simul cum*

Digitized by Google

illis in foveam contingat incidere[3]. *Vetuit enim Dominus credere illis, qui dicunt: Hic vel illic est Christus*[4]*; quare fidem habere non debeo dicentibus, in pane esse Christum, alioqui non possem me excusare quasi deceptum, qui praemonentem recusassem audire Christum. Sunt enim nunc tempora illa periculosa, in quibus hoc fore praedixit. Neque apostoli de hoc sacramento ita locuti sunt; panem fregerunt, panem appellaverunt, et de hac fide Romana tacuerunt omnes. Nec obstat Paulus 1. Corinth. 10, qui licet dicat: ‚Nonne panis, quem frangimus, participatio corporis Domini est?' non tamen dicit: panis est corpus Domini, ut illo loco fere*[a] *manifestum sit, „est" pro „significat" exponi, quod evidentius patet ex comparatione, quam facit de pane nostro ad immolata idolis. Quae fatetur in veritate non mutari, tamen ea dicit „esse" vel „significare" quandam communicationem cum diabolo, cui sunt immolata. Qua de causa docet abstinendum ab illis, nisi sine discretione sumerentur, et de hac re temporibus Thomae Aquinatis fuerunt, qui dicerent: Christum in pane esse, sed tanquam in signo (quod alii dixerunt, sacramentaliter tantum et non corporaliter), licet hanc opinionem veluti haereticam Thomas rejiciat, cujus verbis ut oraculo haerent Romani, non possunt tamen solvere verbum Christi dicentis: ‚Si quis dixerit vobis, quia hic est Christus, nolite credere'. Ad quod etiam videtur facere verbum Pauli in loco praeallegato, ubi dicit, eandem escam spiritualem manducasse patres in deserto nobiscum.*

Sed primum videamus, quibus fundamentis suam doctrinam muniant Romani, rem adeo singularem et mirandam, ut huic similis non reperiatur in Scripturis. Legimus Christum incarnatum, sed semel tantum, et hoc in utero virginis. At illud ita futurum multis prophetarum oraculis fuit praedictum, per Christum vita, morte et conversatione ostensum, ab apostolis praedicatum. Quod autem Christus quotidie impanatur (ut ita loquar) in manibus cujusvis

Digitized by Google

sacrificuli, neque a prophetis est praedictum neque ab apostolis praedicatum, illo solo fundatur, quod Christus dixit: ‚Hoc est corpus meum; hoc facite in mei commemorationem'. Quibus verbis si Christus hoc voluisset, quod dicunt, certe unicum verbum sufficere debere non dubitamus. Sed mirum, quare non similiter dicant, Johannem Baptistam transsubstantiatum in Heliam, cum de eo diceret Christus: ‚Ipse est Helias', Mattth. 11; aut Evangelistam in Christum, dicente Domino[5] *in cruce ad matrem de illo: ‚Ecce, filius tuus'; aut Christum in petram, cum se demonstrans ait*[6]*: ‚Supra*[e] *hanc petram'; et rursum petram in Christum, cum Paulus dicit*[7]*: ‚Petra erat Christus', vel, si hoc loco expositionem accipimus*[f]*, dicendo: petra erat Christus, id est, repraesentabat Christum. Quare in praeposito idem non audemus, maxime cum ait: hoc agendum in ejus commemorationem, et commemoratio absentis saltem corporaliter potius videatur quam praesentis. Scio consuetudinem in causa esse, quare*[g] *hoc loco ab expositione abhorrent aures, quod aliis in locis non contingit; sed diversitatis rationem invenire non possum, multi similes loci adduci possint*[h]*, ubi Christus se ostium*[i]*, viam lapidemve dixerit*[8]*, et Joan. 15. ait: ‚Ego sum vitis vera'. Tamen ibi non sumus tam rigidi, ut Christum vitem naturalem veram fuisse dicamus; quid nos solo hoc loco angustat, praeterquam Pontificis auctoritas, non possum sapere.*

Consideremus ergo pro majori declaratione triplicem panem spiritualem: Christum, qui fide comeditur, de quo Johan. 6; manna, quod manducaverunt patres in deserto, et eucharistiam christianorum: de quo in proposito[k]*, inter hos panes quae sit differentia, videamus.*

Et primum de duobus primis locus est clarissimus in Johanne praeallegatus, ubi Christus ait: ‚Ego sum panis vitae. Patres vestri manducaverunt manna in deserto, et mortui sunt. Hic est panis de coelo descendens; si quis ex ipso manducaverit,

Digitized by Google

non morietur.' Hic manifeste Christus declarat differentiam inter panem Judaeis de coelo missum in deserto et seipsum, panem, quem ipse erat daturus pro vita mundi, quia, licet ille significabat[1] *Christum e coelis venturum pro vita mundi, non tamen erat Christus, qui est panis vivus et vitae. Ille autem neque vivebat, neque dabat vitam, unde ipsum manducantes mortui sunt; qui vero Christum manducant, non moriuntur, sed vivent in aeternum. Et sic habemus differentiam duorum primorum. De tertio autem Paulus 1. ad Corinth. 10. dicit, eandem esse escam spiritualem Judaeorum cum eucharistiae pane nostro, quem frangimus in memoriam Christi, qui descendit pro mundi vita, ut hic significet*[m] *factum, quod illud significabat futurum; ergo nec eucharistia panis vivus et vitae est, quia etiam ipsum manducantes moriuntur. Sicut ergo transitus filiorum Israel per mare rubrum significabat transitum per mortem ad vitam aeternam, non tamen omnes mare transeuntes ad eam vitam pervenerunt, sed tantum illi, qui per fidem commoriebantur Christo futuro: ita in nostro baptismo significatur transitus per mortem ad vitam, non tamen ad eam vitam omnes baptizati perveniunt, sed qui Christo jam mortuo commoriuntur per fidem, resurgunt cum ipso per eandem. Sic et manna in deserto significabat Christum panem vitae, qui ab aeterna morte praeservabat; sed non omnes manna manducantes ab illa morte praeservati sunt, sed tantum illi, qui Christum futurum fide manducaverunt, quia manna, licet significabat Christum, non tamen erat Christus. Simile est in sacramento eucharistiae, autore Paulo, quare sicut ille non erat, quod significabat, quod Christus probat in Johanne ex eo, quod ipsum manducantes a morte aeterna non servabat; ita nec nostra eucharistia est Christus, quem significat, simili argumento, quia manducantes ab aeterna morte non servat. Ideo nos hortatur Paulus*[9]*, ne simus concupiscentes malorum, palpantes nobis propter baptismum, aut panis sacramentum,*

Digitized by Google

quasi haec habeamus prae Judaeis, vel quasi rem nos habeamus, ipsi vero solum signa. Non sic se res habet, dicit apostolus, nam esca spiritualis vestra eadem est cum esca patrum; quare sicut illis non pepercit peccantibus, ita nec vobis faciet, si vobis defuerit fides per charitatem recte operans, qua sola tam ipsi, quam nos rem accipimus istis signis signatam. Propterea scriptum est Psalmo quindecimo[10]*: ‚Non dabis sanctum tuum videre corruptionem'. Sed panis consecratus corrumpitur et a muribus comeditur, ut patet experientia: ergo panis consecratus non est Christus. Sed maxime admisso illo, quod Christus in coena verbo virtutis suae panem transsubstantiavit aut ita corpus suum illi univit, ut vere et simpliciter dicatur: Christus est id, quod est panis, sine aliqua expositione; et jam huic simile non reperies in tota Scriptura a Christo vel discipulis factum, quos dixerat tamen omnia et majora facturos, Johan. 13. Non tamen adhuc sequitur, si Christus hoc fecit, quemlibet sacrificulum hoc facere posse. Videamus ergo, quibus verbis tanta potestas data sit hominibus.*

Dicunt Romani, per haec verba: hoc facite in meam commemorationem[n]*. At jam incertum est, an verba ista sic sint exponenda: hoc, quod ego facio, facite; vel: hoc, quod vos facitis, facite in meam commemorationem. Si primum exponendi modum accipimus, iterum in*° *incerto stamus, cum certum non habeamus, quid ipse fecerit. Sunt enim, qui dicunt (ut recitat Erasmus*[11] *in annotatione epist. 1. ad Corinth. 11.) Christum prius consecrasse panem, et postea haec verba ‚Hoc est corpus meum' enunciasse de pane jam transsubstantiato. Sed esto, quod per illa verba consecravit ‚Hoc est' etc., quis jam audebit corpus Christi ore sumere et comedere absque mandato Christi? Mandatum autem non habemus sumendi, si ‚hoc facite' ad consecrantes, non ad sumentes debet referri. Nam quae in Johanne sunt, non de oris, sed fidei manducatione intelliguntur. Si vero dixerit quis, verba praedicta significare ‚Hoc,*

Digitized by Google

quod vos facitis, facite', quod est, corpus meum con-
edite, et cum non sit inter mortales[p], *qui hoc possit*
dare, quid ergo faciemus? exspectabimusne, donec
ipse Christus veniat atque ministret, aut alium mittat,
qui hoc possit dare, quod jussi sumus sumere, vel
si alicui dedit hanc potestatem, per quae verba dedit?
rogo. Non potest haec oratio ‚Hoc facite' duo signi-
ficare, neque ‚hoc' singularis numeri plura de-
monstrare.

Sunt qui dicunt, factum apostolorum demon-
strari, et quia hoc non possunt facere, nisi sit, qui
administret, ergo implicite intellegi, Christum dedisse
potestatem administrandi et hoc toti ecclesiae, quae
habet ordinare ad hoc personas certas, quemadmodum
facit ordinando sacerdotes. Obscura sunt haec et
tenebrosa nimis. Admissis tamen istis, quaero, quos
panes consecrat sacerdos, dicendo verba praemissa?
Tantum, inquiunt, illos, quos intendit demonstrare
per illud pronomen ‚Hoc', in consecratione prolatum.
Ergo laicus, qui de consecrantis[q] *intentione non pot-*
est esse certus, cogitur credere, esse Christum; quod
an Christus sit, certo scire non potest, nec unquam
laici erunt certi, verumne[r] *sacramentum accipiant*
necne. Certe abyssus multa religio haec!

Sed relinquamus ista, et consecrationis verba
examinemus, et sunt haec: ‚Accepit Jesus panem,
benedixit, fregit, deditque discipulis suis, dicens: Hoc
est corpus meum.' Jam consecrans vel dicit haec
verba in persona sua, vel ecclesiae, vel Christi. Si
in sua, suum corpus videtur verius conficere quam
Domini. Si in persona Christi, non bene conveniunt
verba ‚benedixit, fregit', quae potius sunt Christi
factum rememorantis, quam in ejusdem persona lo-
quentis. Neque dixit Christus: hoc facite[s] *meo*
nomine, sed: in mei commemorationem. Alias quem-
admodum in baptismo dicit minister: ego baptizo te
in nomine etc.; ita hic dicendum foret: benedico,
frango et do etc. Neque recte solvitur nodus iste
dicendo, consecrantem loqui in persona propria, cum

Digitized by Google

quicit ‚benedixit, fregit, deditque discipulis suis, dicens'; et post illud verbum ‚dicens' ipsum incipere loqui in persona Christi, quia contra hanc solutionem pugnat verbum ‚effundetur' in benedictione calicis. Ubi ergo esset dicendum ‚qui effusus est', nisi velis personam ibi mutare contra omnem sensum communem. Jam videre licet, quam obscura et incerta sunt omnia a Romanis nostris hic inserta, quae nec stare possint, nisi commentis fulciantur humanis. Quare melius manendum existimo in verbo simplicissimo Christi: Si quis dixerit vobis, quia hic est Christus, nolite credere.

Est praeterea, quod fidem Romanam reddit suspectam, quia, cum articulus iste esset singularis et primo forte loco ponendus, non tamen collocatur in Symbolo, ut ajunt, apostolico. In Decretalibus autem Papae religiose de ea tractatur in titulo 1. et ca. 1. Decre.[12] *Quae res etiam auget suspicionem, papistioum esse inventum vel Satanae potius, quod nec puto aliquem inficias iturum, qui prius tacite secum revolverit, quam caute tota religio papistica sit supra hoc fundamentum fundata. Christus, qui sola fide cernitur, sola fide colitur, qui docuit corporalia servitia proximo impendenda; ipsi autem serviendum in spiritu per fidem, et quo hoc facilius fieret, corporalem praesentiam nobis subtraxit, quam obesse discipulis testatus est, dicens*[13]*: ‚Si non abiero, paracletus non veniet'. Satan ut omnia perverteret, corporalem Christi praesentiam persuadere est conatus, et licet non in specie hominis, in specie tamen panis. At panis, qui oculis corporalibus cernitur, si Deus esse creditur, corporalibus eget servitiis. Indignum enim esset, Deum humili casa concludi, aut inclusum sine honore relinqui. Hinc ergo templa sumptuosa et ornatus templorum, hinc lampades et tedae, hinc vestes sacrae ex bysso et auro contextae, hinc boatus monachorum in choro*[t]*, unctio sacerdotum et castimonia, hinc pars sacramenti laicis aufertur, et breviter: si illud subtraxeris, ruet universa religio papae, quam*

Digitized by Google

aliquando casuram quis dubitabit? cum eam modo magna ex parte videas cecidisse.

Humanum ergo commentum est, in quo fundatur, quia si supra petram esset posita, contra omnes procellas staret invicta. Non ergo per haec verba ‚Hoc est corpus meum' Salvator panem transsubstantiari voluit, sed per panem seipsum dare, sicut mos est quibusdam in locis[u]*, quando vendito agri possessionem vult tradere emptori, dat ei baculum, stramen aut lapidem, et dicit: Ecce, trado tibi agrum. Item possessio domus datur per traditionem clavium. Sic etiam Dominus per panem seipsum tradit nobis, quasi dixisset: Accipite et comedite, et nolite aestimare parvum, quia hoc, quod trado vobis, significat corpus meum, quod do vobis, dando istud. Quando ergo illud tradetur aut in cruce pendetur, erit pro vobis, imo omnia, quae feci aut faciam, vestra sunt. Magna est consolatio ista et dulcissima verba, si recte contemplentur; nec sine causa dictum est ‚est' pro ‚significat', quia ‚est' multo certius et vehementius praedictum sensum facit, sicut dicimus demonstrando signum pluviae: hoc est pluvia, quod certius repraesentat pluviam futuram, quam si diceremus: hoc significat pluviam. Et similibus locutionibus plena est scriptura, ut Gen. quadrigesimo: ‚tres propagines tres adhuc dies sunt', similiter: ‚tria canistra tres adhuc dies sunt', et in sequenti capite: ‚septem boves pulchrae et septem spicae plenae septem ubertatis anni sunt', et similia abundant exempla. Romani autem pro sua expositione unum exemplum dare non potuerunt, nec demonstrare, ubi Christus creditur fecisse miraculum*[v] *contra omnem experientiam; coecos illuminavit, mortuos suscitavit, leprosos mundavit, sed ita, ut omnibus viderentur mundati, viventes et videntes, non solum crederentur tales contra experientiam. Talia vero miracula papa et sui facere solent, qui ex pessimo nebulone, lenone aut pirata*[14] *facit patrem sanctum et reverendum episcopum, non quod videatur per experientiam sanctior aut sapien-*

Digitized by Google

tior, quam erat prius, sed creditur sanctus ac sapiens. Similiter multa miracula facit liberando animas a purgatorio, vel dimittendo certas partes poenarum a Deo infligendarum pro peccatis (forsan pro pecuniis) vel etiam omnes, ut creditur a miseris, contra omnem experientiam, quia tempore pestilentiae aut belli nihil minus sentiunt ii, quibus omnis poena est remissa, aliis nullam remissionem habentibus.

Dijudicemus ergo[w] *inter panem ore susceptum et Christum, quem fide accipimus; quod si quis non dijudicaret corpus Domini, putans se nihil aliud accipere, quam quod ore suscipit, reus est corporis et sanguinis Domini et manducat sibi judicium et bibit,*[15] *quia bibendo et manducando ostendit sibi adesse Christum, cum tamen ipse desit Christo per infidelitatem. Misereatur ergo nostri Deus, quanta videtur esse abominatio ista! Filii Israel liberati de manu Pharaonis et pane de coelo saturati recesserunt cito de via, quam ostendit eis*[x] *Moses, feceruntque sibi vitulum conflatilem et adoraverunt, atque immolantes hostias ei, dixerunt: Isti sunt dii tui, Israel, qui te eduxerunt de terra Aegypti! At nos christiani, cito recedentes a verbo Christi, ducis nostri, dicentis: Si quis dixerit vobis, hic est Christus, nolite credere; panem elevamus et dicimus: Hic est Deus noster, qui nos redemit sanguine suo. Detestandum hoc est, neque audiendos puto, qui dicunt, corpus Christi esse in pane sicut ignis in ferro, nisi non audiamus Christum dicentem: Si dixerint, in penetralibus est Christus, nolite credere*[16].

Dei tui verbum est, lector: Non in solo pane vivit homo,[y] *sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei; non dicit Dominus: in hoc vel illo verbo, sed: in omni. Nos autem relictis omnibus verbis, quae Christus in ultima illa coena sua locutus est, solum ea nobis adsumpsimus: Hoc est corpus meum et hic calix novum testamentum est in meo sanguine etc. Super quibus tot jam conscripti sunt libri, quod vix mense uno quis eos legere posset. Sed nostra culpa est, qui tales meremur scriptores, quod*

Digitized by Google

relinquimus fontem aquarum viventium divertimusque ad cisternas veteres. Omne Dei verbum audiendum est, et solum Dei verbum est audiendum, nihil nobis est liberum, omnis doctrina nobis prohibita est et omne verbum praeter Christi verbum, quia haec dicit Dominus: ‚Oves meae vocem meam audiunt, alienorum vocem non audiunt'. Quid igitur dicis, tibi liberum esse loqui et facere, quod Dominus non prohibet? Si tu es ovis Christi, non audies eos, qui talia dicunt, nonne Christi verbum praecipit et vetat? Quid fratri tuo subventum est, si omnes consecratas (ut ajunt) hostias comederis et omnes vini calices biberis? Dicis mihi: Ego habeo praeceptum Domini, quod mihi dicit: hoc facite in mei recordationem; quasi Christus in eadem coena non abunde satis docuerit, quid velit nos facere, quae omnia Johan[nes] Evangelista quinque capitibus describit a decimo tertio incipiens usque ad decimum octavum. Audi, audi,[z] Israel, verba Domini Dei tui, haec dicit Dominus: Quaecunque uni ex minimis his non fecistis, mihi non fecistis. Cavete falsos doctores, cavete falsos Christos. Multi venient, dicit Dominus, in nomine meo, dicentes: ego sum Christus, et seducent multos. Olim dicebant: ego sum Thomae, ego sum Schoti, Hieronymi, Augustini, Francisci etc. Nunc qui veniunt, dicunt: ego sum Christus; interim tamen dilacerant fratrem, multi avari sunt, sui amantes, et quae Dei sunt negligentes, nihil minus quam charitatem sectantes; a fructibus eorum cognoscetis eos, dicit Dominus.

At in hoc cognoscent omnes, quod mei sitis, si dilectionem habueritis ad invicem. Certe et hi quae placita sunt populo loquuntur. Veram illam[a] Christi doctrinam, quae docet semper injuriam ferendam, nunquam inferendam, non[b] resistendum malo, sed in bono vincendum malum, ei qui aufert, quae tua sunt, non contradicendum, petenti dimidietatem possessionis relinquendam totam, nemo inculcat. Omnis ille Christi sermo in monte factus penitus negligitur, in quo Christus christianum hominem instituit atque omnia, quae docuit in ultima illa coena, per compendium declarat. Haec non docentur, aut si docentur, frigide et juxta praescriptum humanum adhuc, quare sine fructu et sine spiritu, qui si non adest, non possumus recordari omnium Christi verborum. Nec aderit, quam diu carnalem ejus credimus praesentiam, quia, ut dicit ipse, si non abiero, paracletus non veniet. Haec,

Digitized by Google

pie lector, obiter tibi scripsimus, veram dominici corporis manducationem et sanguinis potationem brevi emissuri,[17] *si id voluerit Deus. Interim ora, ne deficiat fides nostra, atque verae oves veram pastoris, non alienorum vocem audiamus.* 405

[a] promissionem. — [b] ejus fehlt. — [c] dicit. — [d] fere fehlt. — [e] Super. — [f] admittimus. — [g] † in. — [h] possent. — [i] Dr hostium. — [k] praeposito. — [l] significat. — [m] significent. — [n] recordationem. — [o] in fehlt. — [p] ſt. inter mortales: immortalis. — [q] consecrandi. — [r] utrumne. — [s] † in. — [t] choris. — [u] ſt. in locis: incolis. — [v] nec demonstrare etc. fehlt. — [w] ergo fehlt. — [x] ei. — [y] Dei tui etc. fehlt. — [z] audi fehlt. — [a] Verum istam. — [b] non fehlt.

[1] Cornelis Henricxs (Heinrichssohn) Hoen (Honius), Advokat im Haag, hatte unter den Schriften Wessels auch eine Abhandlung über das Abendmahl gefunden, die ihn zu weiterem Nachdenken anregte, dessen Ergebnisse er in diesem Briefe niederlegt. Durch seinen Freund Hinne Rode, der, im Jahr 1522 propter Luterum — wie ein Zeitgenosse es ausdrückt — seines Amtes als Rector der Hieronymus-Schule zu Utrecht entsetzt und vertrieben (kehrte jedoch um 1525 nach den Niederlanden zurück und war dann einer der vornehmsten Vermittler des Täuferthums, besonders in Ostfriesland, vgl. Keller, Reformation, 1885, S. 384; Jürgen Wullenweber sagt 1536 aus, derselbe habe ihn zur Wiedertaufe beredet, Waitz, J. Wull. III, 492; — vgl. van Toorenenbergen, Hinne Rode Rector van de Hieronymusschool te Utrecht — 1522, Predikant te Norden — 1530, in betrekking tot de Anabaptisten im Archief v. Nederl. Kerkengesch. 1888, III, 1), in Begleitung des Georgius Saganus, gleichfalls eines Freundes Hoens, nach Wittenberg ging, ließ dieser seinen Brief nebst den Schriften Wessels an Luther überbringen. Als dieser sich gegen die darin enthaltene Lehre ablehnend verhielt, gingen Rode und Saganus nach Basel, wo sie mit dem am 17. November 1522 dorthin zurückgekehrten Oecolampad verkehrten, der mit seiner Ansicht zurückhielt und sie an Zwingli in Zürich wies, auf den der Brief einen großen Eindruck machte, weil er darin seine eigene Abendmahlslehre bestätigt fand (vgl. unten). Er veröffentlichte dann auch 1525 den Brief selbst. — Betreffs der weiteren Lebensschicksale Hoens erfahren wir, daß er im Februar 1523 wegen Ketzerei gefangen genommen, in den Kerker nach Geertruidenberg geführt und dem kaiserlichen Inquisitor van der Hulst zur Aburtheilung übergeben wurde; als dieser aber im Oktober bei der Statthalterin Ungnade fiel, nahm der hohe Gerichtshof von Holland selbst seinen Proceß in die Hand, der ihn zunächst unter dem Versprechen, seinen Wohnort nicht zu verlassen, und unter der Bürgschaft von 3000 Dukaten aus dem Gefängniß entließ. Ueber sein Lebensende wissen wir nichts. (Vgl. über ihn Hoop-Scheffer, Kfgsch. der Niederl. 88 ff. u. ö.). Von Manchen, z. B. Gerdes, l. c.

Digitized by Google

230c und 231b, Kist, Ned. Archief III, 395; Göbel in Stud. u. Krit. 1842, 332, wird die Verfasserschaft Hoens angezweifelt und der Brief Wessel selbst beigelegt. Dagegen sprechen jedoch innere und äußere Gründe: zunächst die Verschiedenheit des Stils: unser Brief hat besseres Latein als die Wessel'schen Schriften; dann auch die Abweichung der hier entwickelten Abendmahlslehre von der in Wessel's Schrift de eucharistia; ferner kann Wessel Worte wie Z. 279: ruet universa ... videas cecidisse, und andere Ausdrücke nicht geschrieben haben; endlich ist aber auch die Verfasserschaft Hoen's ausdrücklich von Zwingli bezeugt (Antwort auf Luthers: Daß die Worte u. s. w. opp. II, B, 61; vgl. Zwinglii responsio ad Bugenh. epist., opp. III, 606.). Dagegen vermag ich dem von Hoop-Scheffer 89[4] vorgebrachten Grunde nicht zuzustimmen: weil Zwingli selbst dem Titel beifügte per Honnium Batavum, da diese Worte eben auf dem Titel der Zwingli'schen Ausgabe (s. Einleitung) nicht stehen, sondern, soviel ich sehe, erst von Gerdes hinzugesetzt sind. — Schwieriger ist die Frage nach der Abfassungszeit des Briefs. Hoop-Scheffer 96 setzt sie in den Winter 1520/21, sich hauptsächlich an die Worte im Titel ab annis quatuor haltend, was von 1525 zurückgezählt 1521 ergeben würde. Dagegen erheben sich jedoch gewichtige Bedenken, die schon Dieckhoff, die evang. Abendmahlslehre im Ref.-Zeitalter (1854) I, 278 ff. ausgesprochen hat und die Hoop-Scheffer übersehen zu haben scheint. Der Anfang des Briefs mit seiner Definition des Sacraments als promissio remissionis peccatorum und als pignus weist bestimmt auf Luthers Lehre vom Sacrament hin, welche er zum ersten Mal in seinem, August 1520 erschienenen Sermon vom Neuen Testament (Erl. 27, 139) ausgeführt hatte, welchen Hoen gelesen haben muß, ehe er an seine Darstellung ging. Wir hätten also als terminus a quo frühestens etwa Oktober 1520. Als terminus ad quem haben wir den Antritt der Reise Luthers nach Worms 2. April 1521. In diesen kurzen Zeitraum müßte also die Bekanntschaft Hoen's mit Luthers Schrift, seine Abfassung des Briefs, die Absendung und Ankunft des Rode nach Wittenberg fallen, was an sich zwar nicht unmöglich, aber doch auch gerade nicht wahrscheinlich ist. Für den Sommer 1522 sprechen dagegen folgende Gründe: Hardenberg in der Vita Wesseli berichtet, daß bei jener Gelegenheit der Ueberbringung des Hoen'schen Briefs der Streit Carlstadts mit Luther über die Abendmahlslehre zum Ausbruch gekommen sei, welchen Vorgang übrigens Hardenberg irrthümlich mit dem Auftritt in Jena, 21. August 1524, in Verbindung bringt. In der Zeit hat sich Hardenberg geirrt, in der Sache wohl nicht. Nun aber spricht sich Carlstadt vor 1522 in seinen Schriften übereinstimmend mit Luther über die reale Präsenz des Leibes und Blutes Christi aus, und erst in der Zeit nach den Wittenberger Unruhen 1522 ist ein solcher Streit Carlstadts mit Luther denkbar. Luther selbst bestätigt diesen Anfang im Jahr 1522, wenn er 1525 (Wider die himml. Propheten,

Digitized by Google

Erl. 29, 296) sagt: „Hiemit sei geantwortet auf alle Bücher D. Carlstadts vom Sacrament, da er nu drei Jahr an gemacht und gedichtet hat". Die Hoen'sche Lehre bekämpft Luther zuerst in der an die böhmischen Brüder gerichteten Schrift „Vom Anbeten des Sacraments" (Erl. 28, 393), welche in den Anfang des Jahrs 1523 fällt. — Steht ferner die holländische Gesandtschaft, welche den Brief überbrachte, mit dem Erscheinen der ebenfalls von ihr mitgebrachten Schrift Wessel's in Verbindung, so sehen wir uns abermals auf das Jahr 1522 hingewiesen, indem die erste, in Wittenberg gedruckte Ausgabe der Farrago mit einer Vorrede vom August 1522, die Ende 1522 in Basel erschienene Ausgabe aber mit einer Vorrede Luthers vom August, ohne Jahreszahl, versehen ist, welcher August aber wiederum kein anderer, als der des Jahrs 1522 sein kann, da 1521 Luther sich auf der Wartburg befand. Wir glauben demnach mit Dieckhoff, daß man den Worten Zwingli's im Titel ab annis quatuor kein zu großes Gewicht beilegen darf, wenn wir auch nicht mit Dieckhoff das Wort admodum mit jenen Worten verbinden, womit Zwingli selbst seine Angabe als eine ungefähre bezeichnet habe, sondern es auf christiana beziehen („Ein überaus christlicher Brief"), und daher eher einen Gedächtnißfehler Zwingli's anzunehmen geneigt sind.

[2] Matth. 16, 19. — [3] Matth. 15, 14. — [4] Matth. 24, 23. [5] Joh. 19, 26. — [6] Matth. 16, 18. — [7] 1 Cor. 10, 4. [8] Joh. 10, 7. 9; 14, 6; Matth. 21, 42. — [9] 1 Cor. 10, 6. — [10] Pf. 16, 10. — [11] Erasm. opp. Lugd. Bat. VI, 716: Fatetur Thomas [P. III. qu. 78 art. 1], fuisse qui dicerent, Christum aliis verbis consecrasse panem, priusquam porrigens discipulis diceret: Hoc est corpus meum. Et eam opinionem licet refellat, non tamen vocat haereticam, quum haereticam dicat eorum, qui contendebant corpus Christi non esse vere in sacramento synaxeos, sed velut in signo etc.

[12] ... Jesus Christus, cujus corpus et sanguis in sacramento altaris sub speciebus panis et vini veraciter continentur, transsubstantiatis pane in corpus et vino in sanguinem, potestate divina: ut ad perficiendum mysterium unitatis accipiamus de suo, quod accepit ipse de nostro. Et hoc utique sacramentum nemo potest conficere, nisi sacerdos etc. (Innocent. III. in Concil. Lateran. 1215.) — [13] Joh. 16, 7.

[14] Anspielung auf Päpste wie Johann XXIII., Alexander VI. u. s. w. — [15] 1 Cor. 11, 29.

[16] „Eigenthümlich schließt Hoen's Brief mit den Worten Matth. 24, 23. 26, die gewissermaßen den Refrain bilden." (Hoop-Scheffer 96[1].) — Das Folgende ist der auf dem Titel angezeigte (ad calcem etc.) Zusatz Zwingli's.

[17] Ankündigung der im Februar 1526 erschienenen Schrift Zwingli's: Ein klare Unterrichtung vom Nachtmahl Christi ꝛc. (opp. ed. Schuler II, 1, 426.)

Digitized by Google

Wittenberg. Nr. 553. 4. Juli 1522.

Luther an Spalatin.[1]

Original: 1. anhalt. Geſ.-Arch.; — handſchriftlich: 2. Cod. Dessav. A. Nr. 118; 3. Cod. Jen. a. f. 148; — Drucke: 4. Aurif. II. 78b; 5. de Wette II, 116. — Deutſch: Walch XV, Anh. XCI. — Wir geben den Text nach 1.

Domino Georgio Spalatino, a sacris concionibus Ducis Saxoniae, suo in Christo.

Gratia et pax in Christo. Venisse ad manus tuas, mi Spalatine, spero Marci Evangelion et Epistolam Rom. cum epistolis amicorum; jam propediem absolvetur Lucae Evangelion et ambae ad Corinthios. Cogor virulentissimo Leo[a], qui sese in Angliae regem transformavit, respondere: ignorantia quidem rege digna est in eo libro, sed virulentia et mendacitas nullius nisi Lei est.[2] Quam furit Satan! sed ego quoque[b] eum irritabo de die in diem magis, atque id coepi libello isto adversus Episcoporum larvas.[3]

Pighardi apud me legatos[4] habuerunt, de fide sua consulentes; inveni ferme omnia sana, nisi quod obscura phrasi et barbara utuntur pro Scripturae phrasi. Deinde quae me movent, sunt, quod parvulorum baptismum[5] nullius fidei et fructus asserunt, et tamen eos baptisant, et rebaptisant[6] ad se venientes ex nostris, deinde septem sacramenta ponunt. Nam caelibatus sacerdotalis inter eos placet, cum non necessarium faciant, sed liberum. Adeo nusquam est in orbe puritas evangelii. An et fidei et operum sanam habeant sententiam[7], nondum liquet, valde enim dubito. De eucharistia nihil falsum video, nisi fallant verbis, sic nec de baptismo. Vale et ora pro me.

Quam vellem, ut aliquando curares Philippum a grammatica lectione amoveri,[8] ut theologicis vacaret; indignissimum est, ipsum (sicut antea scripsi) centum aureos pro grammatica mereri, cum interim

Digitized by Google

duas theologicas inaestimabilis pretii legat[9]. Abunde satis est magistrorum, qui aeque ut Philippus grammatica docere possunt, et otiosi esse prae ipso coguntur. Deus destruat Bethaven illud,[10] ut censibus a clamosis sacerdotibus raptis,[c] ad usus bene docentium transferantur, Amen. Vittembergae, 1522, feria 6. post Visitationis. Priorem istum Nurmbergensem[11] tibi commendo.

Mart. Luther.

[a] leoni 4. 5. — [b] quam 4. — [c] Sollte heißen: census ... rapti (4 in Note).

[1] Es ist dieß der erste Brief wieder seit dem 7. Juni. Spalatin war unterdessen verreist gewesen (vgl. CR. I, 574) und jetzt nach Lochau zurückgekehrt. — [2] vgl. Nr. 548.

[3] Wider den falsch genannten geistlichen Stand des Papsts und der Bischöfe, Erl. 28, 141. — Emsers Gegenschrift: Wyder den falschgenannten Eccleſiasten vnd wahrhafftigen Ertzketzer Martinum Luther. Emſer getrawe vnd nawe vorwarnung mit beſtendiger vorlegung auß bewerter vnd canoniſcher Schrifft. Leyptzk 1523 (17 Bg.), desgl. Dresden 1524.

[4] Roh und Weiß, vgl. Nr. 526, Note 3. — Das hier erwähnte Gespräch fand hauptsächlich auf Grund des Brüderkatechismus statt (vgl. denselben bei: v. Zezschwitz, die Katechismen der Waldenser und böhm. Br. Erlangen 1863); vgl. Erl. 28, 389; Czerwenka, Gesch. der ev. Kirche in Böhm. II, 167.

[5] Die Ansichten der böhm. Brüder über die Kindertaufe s. bei Gindely, über die dogm. Ansichten der böhm.-mähr. Brüder (in den Sitzungsber. der Wiener Akad., phil. hist. Cl. Bd. 13) S. 376.

[6] Die Wiedertaufe hatten die Brüder bei den zu ihnen Uebertretenden eingeführt, weil diese von schlechten Priestern getauft seien. Sie findet sich bei ihnen bis über das Jahr 1532 hinaus, später gaben sie dieselbe auf; vgl. Gindely 376 f.; Czerwenka II, 215. Im Jahr 1521 noch hatte der Senior Lukas sie in einer eigenen Schrift weitläufig vertheidigt, vgl. Gindely, böhm. Br. I, 188.

[7] Ueber die Rechtfertigungslehre der Brüder vgl. Gindely a. a. o. Bd. 13, 361; derſ. böhm. Br. I, 59. 62. 64. 70. 102 ꝛc.

[8] aber Melanchthon wollte nicht! vgl. CR. I, Nr. 215. 216.

[9] Die Veranlassung dazu, daß Mel. theologische Vorlesungen hielt, s. CR. I, Nr. 215. 235. — [10] Das Stift in Wittenberg.

[11] Volpracht; vgl. Nr. 549, Note 1. Er hielt sich 3 Wochen lang in Wittenberg in Ordensangelegenheiten auf; vgl. Kolde, Anal. S. 40.

Digitized by Google

Wittenberg. Nr. 554. 4. Juli 1522.

Luther an Wenc. Link.

Drucke: 1. Aurif. II, 79; 2. de Wette II, 217. — Deutsch: Walch XXI, 804. — Wir geben den Text nach 2.

Gratia et pax in Christo. Aut tu fingis, optime Pater, causam aliquam frivolam morae tuae, aut odis nostrum consortium. Quid enim est, ut istic desideas? Superiores et inferiores partes terrae tibi prohibitae sunt; nusquam tutius et melius ages[a], quam hic apud nos. Nisi ista fortassis te ratio movet[b], ut pro sancto ordinis nostri splendore tibi caveas ab immundis et exsecratis nobis, ne in te scandalisentur, qui ad scandalum in Christo excitati sunt. Redi, obsecro, atque id cito, erit enim, ut hic te opus habeamus in Domino.[1] Expectamus te; tu vide, ne fraudes nos; sunt et necessaria fidei, quibus te adesse semper velimus, et mutuis consiliis rem communem juvare. Salutant te nostri omnes. Vale in Christo. Vittembergae, 1522, feria 6. post Visitationis.

Tuus Martinus Lutherus.

[a] agas 2. — [b] monet 1, wahrscheinlich Druckfehler.

[1] Das Redi bezieht sich auf Link's Anwesenheit in Wittenberg vor Pfingsten, vor dem in Grimma gehaltenen Capitel (Nr. 542, Note 3), bei welcher Anwesenheit ihm der Rath ein Geschenk an Bier und Wein verehrte (N. Mtthl. III, 1, 111). Luther wußte bei dieser Einladung nach Wittenberg also noch nicht, daß Link von dem Kurfürsten, der ihn etliche Mal, wohl in Nürnberg, hatte predigen hören, zum Prediger in Altenburg ernannt worden (Kurf. an Stadtrath und Amtmann zu Altenb., d. d. Weimar 26. Juni, Mitthl. des Gsch.V. des Osterl. VI, 70) und daß Link selbst schon am 2. Juli aus Neustadt a. d. Orla seine Ankunft in Altenburg für die nächste Woche angezeigt hatte (a. a. O. 71).

(Wittenberg.) Nr. 555. 10. Juli 1522.

Luther an Gabr. Zwilling in Altenburg.

Drucke: 1. Aurif. II, 80; 2. de Wette II, 219. — Deutsch: Walch XV, Anh. CX. — Wir geben den Text nach 2.

Digitized by Google

Gratia et pax. Quando sic Princeps, Deo volente, alium[1] pro te suffecit, liberum est tibi abire, et vel ad nos, vel ad locum priorem[2] redire; fac ergo, quod tibi placet, donec alio voceris, et ferre interim, sicut Elias[3], voluntate tua.

In sponsionibus istis libertate uti oportet, ad parentum decretum; igitur prior sponsio, si ita velint parentes et consentiant, irrita sit, quamvis peccent alteri, alter mentiendo et fallendo. Sic in secunda sponsione quoque sentio, postquam mater juvenem absolvit et puella tandem consensit. Arguendi tamen sunt levitatis, inconstantiae et mendacii sui. Vale in Domino. 1522, feria 5. post Ulrici. Tuus Martinus Lutherus.

[1] vgl. Nr. 554, Note 1. Luther scheint auch jetzt noch nichts von der Berufung Link's gewußt zu haben.
[2] nach Eilenburg. — [3] 1 Kön. 19, 3 nach der Vulg.

Wittenberg. Nr. 556. 10. Juli 1522.

Luther an Joh. Lang in Erfurt.

Drucke: 1. Aurif. II, 80b; 2. de Wette II, 219. — Deutsch: Walch XXI, 806. — Wir geben den Text nach 2.

Gratia et pax. Habes en[a] epistolam[1] ex tempore effusam; solve sigillum et lege, quam si visum est excudi, fac ut in paragraphos digne distinguatur. Et si plures salutari velis, insere nomina, sed sic, ne affectu gloriae vel illorum vel tuae id facias, quem debes ideo suspectum habere, quod omnes sumus homines, nec numerum augeas ultra denarium. Meditabar eruditiorem et ditiorem, sed non vacabat; ubi autem vacaverit, apprehendam locum aliquem Scripturae, et super eo ad vos scribam. Interim vale in Domino, et ora pro me. Saluta omnes nostros. Vittembergae, 10. Julii 1522.

Martinus Lutherus.

[a] et 1.
[1] vgl. Nr. 548, Note 1; Nr. 557.

Digitized by Google

Wittenberg. Nr. 557. 10. Juli 1522.

Luther an die Gemeinde zu Erfurt.

